NOTITIÆ RERVM IMPERII ROMANO-GERMANICI

SIVE

DISCVRSVVM IVRIDICO-POLITICO-HISTORICORVM

AD PACIFICATIONEM OSNABRVGO-Monasteriensem.

PARS TERTIA

Adornata primùm à

PHILIPPO ANDREA BVRGOLDENSE,

Nunc alterâ vice

Aucta & Indicibus Historico-Iuridico-Politicis locupletata.

PER

WARMVNDVM VON FRIEDBERG.

FREISTADII,

Apud ÆMILIVM VERVM.

Anno M. DC. LXIX.

Nobilißimis, Amplißimis, Consultißimis, atque Clarißimis Viris,

DN. CAROLO IOANNI Arends, ICto. Inclyti Lyneburgensis Ducatus Ordinum Syndico Benemerito & Cancellariæ Cellensis Advocato Celeberrimo.

DN. IOANNI PHILIPPO Müller, ICto.

Reverendißimi, Serenißimi, Celsißimique Principis ac Domini

DN. ERNESTI AVGVSTI EPIscopi Osnabrugensis, ac Ducis Brunsuicensium & Lyneburgensium &c. &c. Cameræ Secretario.

DN. BARTHOLDO IOANNI VASMAR. V. I. C.

Dnn. Cognatis atque Fautoribus suis æternùm colendis.

Hanc tertiam Notitiæ Rerum Imperij Romano-Germanici partem inscribit & dedicat.

Vvarmundus von Friedberg.

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSVLTISSIMI ATQVE CLARISSIMI VIRI, COGNATI HONORATISSIMI.

VT tertiam hanc Notitiæ Rerum Imperij partem vestris Nominibus inscriberem, causæ præcipuæ me impulserunt, cum vinculum sanguinis, quo Deus & natura me vobis adstrinxit; tum debitus animi cultus, quem caris Capitibus vestris, dum spiritus hos artus regit, devovi. Et quidem quod Vestras Amplitudines (vos Dn. Arends & Dn.

Dn. Müller, cognati æternum colendi, compello) attinet, iam à parvis mihi fuistis cogniti, favorq́ eximius atque amor, quo me hactenus fuistis prosecuti, cum ætate semper succrevit. Tecum verò, Nobilissime Dn. Vasmar, non ita pridem in Galliis interioris amicitiæ, nunquam intermoriture, fœdus contraxi, amoremque consanguineum, qui ob intervalla locorum hactenus se exserere non potuit, ad bona (vt sic dixerim) opera accendi. Satis magnum alter alteri theatrum sumus. Quod verò librum hunc meum, in Galliis collectum concernit, fateor, difficile atque periculosæ plenum opus aleæ suscepi, dum Nobilissimum Instrumentum illud Vvestphalicæ Pacis illustrare atque enodare ausus sum; & quidem (vt audio) fremit ac frendet id propterea Papa Romanus cum suo cuculligero Clero. Sed fremant per me licet veritas à candidis atque sinceris viris nunquam est reticenda:

Vivit in excelsis Christus; nec vivere vellem,
Si non Servator viveret ille meus.

Quod reliquum est, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Clarissimi Viri, Cognati

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ATQUE CLARISSIMI VIRI, COGNATI HONORATISSIMI.

V T tertiam hanc *Notitiæ Rerum Imperij partem vestris* Nominibus *inscriberem, causæ præcipuæ me impulserunt, cum vinculum sanguinis, quo Deus & natura me vobis adstrinxit; tum debitus animi cultus, quem caris Capitibus vestris, dum spiritus hos artus regit, devovi. Et quidem quod Vestras Amplitudines (vos Dn. Arends & Dn.*

Dn. Müller, cognati æternum colendi, compello) attinet, iam à parvis mihi fuiſtis cogniti, favorq́; eximius atque amor, quo me hactenus fuiſtis proſecuti, cum ætate ſemper ſuccrevit. Tecum verò, Nobiliſsime Dn. Vaſmar, non ita pridem in Gallijs interioris amicitiæ, nunquam intermorituræ, fœdus contraxi, amoremque conſanguineum, qui ob intervalla locorum hactenus ſe exſerere non potuit, ad bona (vt ſic dixerim) opera accendi. Satis magnum alter alteri theatrum ſumus. Quod verò librum hunc meum, in Galliis collectum concernit, fateor, difficile atque periculoſæ plenum opus aleæ ſuſcepi, dum Nobiliſsimum Inſtrumentum illud Vveſtphalicæ Pacis illuſtrare atque enodare auſus ſum; & quidem (vt audio) fremit ac frendet id propterea Papa Romanus cum ſuo cuculligero Clero. Sed fremant per me licet veritas à candidis atque ſinceris viris nunquam eſt reticenda:

Vivit in excelſis Chriſtus; nec vivere vellem,
Si non Servator viveret ille meus.

Quod reliquum eſt, Nobiliſsimi, Ampliſsimi, Conſultiſsimi atque Clariſsimi Viri, Cognati

honoratißimi. maiorem in modum vos rogo, vt conatus meos lætißimâ fronte reſpicere, adverſus malevolorum voculas me defendere, atque perbenevolo animi affectu, vti hactenùs, ita porrò in tenuitatem meam propenſi manere velitis. Deus Vos, ô Optimi, ſervet: Freiſtadij d. 24. Jul. 1668.

Nobiliſs. V. Amplitudinum

Perpetuus Cultor

Warm: von Friedberg.

PARTIS TERTIÆ DISCVRSVS I.

DE IVRIBVS ELECTORVM,

Principum, Comitum, Baronum ac Ciuitatum Imperij Romano-Germanici.

Ad art. 8. Instr. Pac. princ. verb. Iuribus, &c.

I. AGGREDIOR nunc in parte tertia nobilissimum Instrumenti Pacis articulum VIII. quem Dn. *Eitel Friderich von Heerden* in egregio libro cui tit. *Grundveste des Reichs* doctè & nervosè illustrauit. Post tantum Homerum Iliada pangere instituti non est nostri, adeoque quod ille pingui, nos rudi tantum Mineruа in tam sublimi articulo explanando præstabimus. Patet autem ex hoc art. Cæsarem esse Imperatorem Coimperantium, & verè Regum Regem esse, vt non sine causa olim gloriatus est Maximilianus I. Imper. Singuli enim Principatus & vrbes Germaniæ sunt quasi peculiares siue subalternæ Respublicæ, summam Imperij Rempub. æmulantes, adeò vt Principes & Status Imperij in suis territoriis tantum imò plus possint, quantum Imperator in Imperio vniuerso. Vid. *Andreas Knichen.* Tr. de Iur. Territ. Domin. *Ludolph. Hugo* de Stat. Region. Germ. & *Rudolph. de Schulenburg* de Orig. dicti:

Iudiciu von der Grundveste des Reichs.

Præstantia & vtilitas artic. VIII. Instru. Pac. Imperiũ constat Imperatore & Coimperãtibus Status Germaniæ.

Ein jeder Fürst ist Kayser in seinem Land. Patet porrò ex h. art. status & forma Politica Reipub. Imperij Romano-Germanici, adeò vt is, qui h. art. legit, & tamen adhuc simplicem Monarchiam in eo agnoscit, eum cerebium in calcaneo gerere, & peponem loco cordis habere necesse sit. Hinc vt h. articulus præcisè & ad vnguem seruetur, Reip. ratio, in eo fundata, suadet, si modò præsentem Imperij statum ac communem libertatem sartam rectamque manere velimus. *Imperij* itaque *Status summarum summam, imò Reip. hodierna proram & puppim in illo reponere debent, vt aureus veluti Imperij annulus, in Osnabrugensi Pacificatione confectus, & in eo lucidissimus iaspis articuli scil. VIII. sanctè custodiatur*, ne rursus in anarchiam degeneret & controuersiæ de Statu Politico quæ hic sopitæ, rursus oriantur. Certa enim Reip. Imperij forma in h. art. data, sua Cæsari, sua etiam Statibus per §. *Gaudeant*, reddita. (V. Domin. *Forstner.* ad Tacit. l. 13. Ann. c. 54.) iuraque maiestatis publica Imperatori & Ordinibus sunt facta communia ita vt dimidium illorum Imperator tanquam Imperij caput, alteram verò partem Imperij Membra in statione Reipub. sibi vindicent quamquam Domin. *Lymnæus* Optimatum potestatem in illis iuribus prævalere asserat (l. 1. de I. P. c. 10. num. 12.) Principio autem hic in artic. 8. Instr. Pac. stabiliuntur, & in perpetuum confirmantur Regalia priuilegia & iura territorialia singulis Imperij Statibus in ditionibus Imperialibus competentia. De iuribus Imperij vniuersi adeunda erit *Ant. Coleri* Diss. de iuribus Imperij, de iuribus Principum & Imperij Statuum Tract. *Nordermanni*, item Magnif. Domin. *Myleri ab Ehrenbach* Archologia, & Tr. eiusdem de Statibus Imperij c. 58. & multis seqq. Generos. Dn. *Seckendorf im Teutscher Fürsten Staat* part. 3. passim & in specie de potestate Electorum *Michaël Schiffer.* De Regalibus verò legi merentur Tract. Sixtini, Frider. *Pruckmanni*, ab *Emsidel* & nouiss. Dn. *Godefridus Iehna*,

Status Politicus Imperij Qui continetur articul. VIII. Instr. Pac.

Interesse Statuum Imperij commune.

Iura regalia & priuilegia Principum in Instrumento Pacis æternũ stabilita & confirmata.

Autores de iuribus Principum.

Libertas Germaniæ restituta.

II. Quod textum Instr. Pacis de libertate Germaniæ Principum restituta attinet, is adeò planus ac clarus, vt ne Sol quidem meridiem illustret clarius; in hoc nuper in controuersia de iure Wildfangiatus, &c. rectè se fundauit Sereniss. *Elector Palatinus* in literis ad Imperatorem Ferdin. III. de dato Heidelberg d. 20. Septemb. ann. 1655. (Vid. *Iustit. causa Palatin* part. 2 pag. 73.) quamvis aliàs quod iura Electorum attinet, satis illa sint confirmata in Aurea Bulla. tit. 2. § 4. & omnibus Capitulationibus Cæsareis. Mirantur quidem Viri docti quòd Carolus IV. Imper. pauca priuilegia Electorum nominatim tetigerit. Sed hoc nihil obest. Sufficit enim in genere iura, priuilegia, vsus & consuetudines confirmari, vt rectè asserit *iustitia causæ Palatinæ in Caus. Wildfang.* Sufficit etiam hic in Instrum. Pac. iura Statuum

Generalis confirmatio iurium & priuilegiorũ etiam ad specialia extenditur.

generatim confirmari, quum specialia generalibus insint. Ad hunc Instrum. Pac. textum porrò prouocarunt *Status Circuli infer. Saxoniæ* Quum enim an. 1649. d. 18. Septemb. Imperator *Ferdinandus* III. ad illos inter alia scripsisset: *Das iedes mahls wen Craistage ausgeschrieben werden, I. Kay. Maj. die ausschreibende Fürsten solches zeitlich vorhero sollen zuwissen machen?* prædicti Status Luneburgi an. 1651. in Comitiorum προβουλία ita resoluerunt: *Das die Anstellung der Craisstage unzweifentlich in den Reichs* constitutionen *gegründete* iura Statuum *sein, so ganz keinen Eintrag leiden, auch in dem newlichsten Friedenschlus zum überfluß wiederholet und bestettiget worden, &c. Stünde derowegen in der ausschreibenden Fürsten und Stande Freyheit und gefallen bey befundenen ursachen fur sich Craisstage anzustellen, &c. Davon Kay. Maj. vorhero einige* notification *zu thun, ganz nicht hergekommen, und es billich dabey sein verbleiben hat.* (*Contin. Theat. Europæ.* ad ann. 1652. p. 303.) Vt vel ex hoc pateat quanto studio potentissimus ille Germaniæ Circulus iura & priuilegia Statuum propugnet, & nouorum assentatorum principiis bene se opponat, perinde vt

Status Circuli Inferiori Saxoniæ bene interesse sunm propugnante

Interest Imperij Statuũ vt principiis obstent

Quæ præbet latas arbor spatiantibus vmbras,
Quo posita est primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli:
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

(*Ouid.* l. 1. de Remed. amor.)

III. Quod iam vlterius iura Statuum Imperij in specie attinet, inter illos Eminentissimi ac Serenissimi *Dnn. Electores* habent quædam præcipua, quam Præceptionem Germanicè *Einen Churfürstl. Voraus* appellare posses. Inter talia iura est 1. *Ius eligendi Imperatorem*, in Aurea Bulla ab vniuerso Imperio confirmatum. Hanc *Bullam* Auream in qua iura Electorũ continentur, Imperator Carolus IV. Ordinũ Imperij cõsensu & auctoritate an. 1356. 4. Id. Ian. pro parte anteriore Noribergæ pro parte reliqua, nempe à tit. 24. ad fin. eodem anno die Natalis Domini Metis promulgauit. Hic *Carolus* Imp. in regno Bohemiæ rectè administrando omnes numeros adeò impleuit, vt *Salomo sui temporis* dictus fuerit: Sed *Maximilianus* I. Imper. de eo dicere solitus, pestilentiorem pestem Germaniæ nunquã contigisse. Hic *Carolus tamen*, quum in Germania Principum ambitio nimium exarsisset, & primum sibi quisque locum præcipuamque authoritatem in eligendo assidẽdoque vindicasset, vnde simultates, quandoque cædes excitatæ; approbante Senatu Principum decretum promulgauit, quo gradus potestatesque Principum & aliorum Ordinum ita discreuit, vt nullus de Iure suo tanquam imminuto, queri potuerit; Hæc Lex Carolina

Prærogatiuæ iurium Electoralium.

Aurea Bulla.

Carolus IV. Imp. an Imperij interesse attenderit.

dicitur *Aurea Bulla*, quæ hodieque Pragmatica Sanctio & lex Imperij fundamentalis existit. *Bulla* significat sigillum appensum solennibus literis Magnatum. Græci autem Impp. & horum exemplo Germani bullas aureas siue inauratas solennibus tabulis appenderunt. (Vid. *Meibom.* in not. ad Auream Bullam Andronici Imp.) Inter has bullas cum præclarissima sit illa à Carolo IV. de Electione Imperatoria conscripta, constitutio illa κατ᾽ ἐξοχὴν ita audit. In illa antiquæ consuetudines iam receptæ scripto roborantur, & quæ supererant controuersiæ fuerunt sublatæ. Authenticum huius Bullæ exemplar ann. 1664, mens. Octob. mihi monstratum fuit Francofurti ad Mœnum, vbi asseruatur in Curia, quàm appellant *den Römer* est *Monachalibus literis Münchsschrifft*, scripta in pergameno 36. (ni fallor) foliorum, in quarta forma, estque transfixa sericis filis, nigri & glauci coloris, quibus filis sericis rotundum Imperij sigillum, idque aureum est appensum. In huius sigilli altero latere est Imperator, sedens sub corona Imperiali, tenetque manu dextra sceptrum Imperij, sinistra pomum cum cruce. A dextro Cæsaris latere est Clypeus cum Aquila, à sinistro Clypeus cum figura Leonis. Circa circulum in quo sedet Imperator, legitur Carolus IV. cum suo titulo Cæsareo. In altera parte sigilli extat castrum siue Vrbs cum duabus turribus, quæ in medio habent apertam portam cum his literis: *Aurea Roma.* Circa circuli circumferentiam leguntur hæc verba: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.* Putant nonnulli Carolum IV. hanc Bullam in gratiam Electorum condidisse, vt filium suum Wenceslaum se viuo Regem designarent. Verùm hi errant. Nam filius eius quinto demum anno post A. B. conditam, nempe ann. 1361. est natus. *Causa* ergo verè *impulsiua Caroli fuit, vt præscinderet dissidium Procerum Germaniæ, qui communiter in electione noui Imperatoris ac Regis Germaniæ dissidebant.* Hanc Bullam Imperator solus non potest abrogare, quum non solus eam condiderit, &, vt hoc fiat, non interest præsentis Imperij Status. Hæc Bulla porrò obtinet vim legis fundamentalis, pacti & obligationis, quibus vel solo gentium iure obstringitur Imperator, & si in illa innouandum ac dispensandum aliquid est (atque id in extremo demum casu) id omne dependebit ex consensu eorum, qui Imperium constituunt id est Imperatoris & Statuum. Ceu in Instrumento Pacis circa Octauum Electoratum factum esse *supra part.* 1. *Disc. de Octauo Elect.* audiuimus. (Conf. Dn. *Strauch* Dissert. Exoter. 4. num. 14. vbi egregia affert, *Carpzov.* de leg. Regia German. Dn. *Limnæ.* l. 1. de I. P. c. 11. num. 126. & seqq. D. *Dieterich.* ad tit. 36. A. B.) Ad hanc A. B. legendi sunt luculenti Commentarij Dnn. *Arumei. Limnei, Rumelini* in Dissert. ad A. B. cum doctissimis additionibus

Quid sit Bulla.

Aurea Bulla descriptio.

Aurea Bulla quare condita.

Interesse Imperij per A. B. quæsitum.

Interest Imperij vt A. B. seruetur illæsa.

An aliquid in A. B mutari possit & quomodo.

Dn. *Myleri*, quibus addi possunt Dn. *Dieterichs* elegantes ac succinctæ notæ. Hactenus de A. B. occasione primi iuris Electoralis. *Secundum ius Electorum præcipuum est*, quod Comitia non indicantur, nisi de consensu Electorum, quum tamen cæteri Principes ac Imperij Ordines desuper non requirantur, sed tantùm statuto iam die ad locum Comitiorum vocentur. (*Capitul. Leopoldi* Imp. art. 17.) *Tertium ius est*, quòd singuli Electores habeant ius præsentandi Assessorem Cameræ, quod ipsum seorsim nemo Principum habet, sed solùm nomine totius Circuli idem competit. (*Ordin. Cam.* p. 1. tit. 1. add. *Instr. Pac.* art. 5. §. 20. in fin.) *Quartum ius*, quod Cæsar non possit impertiri noua vectigalium priuilegia, vel etiam vetera extendere, irrequisitis seu dissentientibus Electoribus, ad quam tamen concessionem nullius Principis desiderat consensum Capitulatio Leopoldi Imp. (art. 21. & sequ. Dn. *Textor.* de Rat. Stat. Germ. modernæ p. 48.) *Quintum ius*, Electores gaudent priuilegiis de non appellando simpliciter, & indeterminatè; Cæteri autem ordines paucissimis exceptis huiusmodi priuilegium aut omninò non habent, aut restrictum ad certas causas vel summas. (Vid. supra *part. 2. Discurs. de Imperij iudiciis.* (Possunt præterea Electores, exclusis reliquis, conuentus (*Churfürstentage*) agitare, ac de summa rerum consilia conferre; Talis conuentus Electorum Euangelicorum additis etiam aliis Statibus Euangelicis, pro libertate Germanica defendenda habitus præterito bello Lipsiæ an. 1631. de quo supra part. 1. Disc. 1. Electores porrò *Summi Officiales Imperij*. Archi-Cancellarij quidem sunt *Moguntinus* per Germaniam, *Treuirensis* per Galliam & regnum Arelatense (quibus vocabulis tamen non integra Gallia, sed quicquid eius ad regnum Burgundicum pertinuit, quod Seculo XI. Germaniæ iungi cœpit Vid. Dn. *Conring.* de Finib. Imper. *Coloniensis* per Italiam. *Rex Bohemiæ* est Archipincerna, & in celebratione curiæ Imperatori primum poculum porrigit. *Bauarus* hodie est Archidapifer, & in solenni processione gestat pomum Imperiale. *Saxo* Archimarschallus præfert Imperatori gladium euaginatum. *Brandenburgicus* Archi-Camerarius Imperatori aquam porrigit, & in processione sceptrum præfert. *Comes Palatinus* Rheni Archithesaurarius in solenni deductione Regis coronati ad palatium in circumstantem populum nummos aureos, atque argenteos spargit. (*Domin. de Monzambano*, p. 90. 91. *Dn. Textor.* l. c.) Porrò quoque Electores in renouatione feudorum & laudemio (*Lehen-Wahr*) per A. Bullam sunt immunes, & si quæ fortè sunt alia iura Electorum præcipua. Et quamuis forsan nonnulli ægrè ferant hanc iurium Dnn. Electoribus competentium prærogatiuam, tamen vtilitas Reip. hodiernæ omnino exigit, vt æqualitas per Instrum. Pac.

Conuentus Electorales.

Officia Electorum.

Interest Imperij forma hodierna vt iura Electorum præcipua seruentur.

artic.5. §. 1. in fin. inter Ordines sancita iuxta proportionem Geometricam (secundum quam Status dissimili splendore pares sunt) inuiolabiliter seruetur. Interest tamen similiter Imperij Statuum ne prærogatiua illorum iurium, certis limitibus circumscripta, vlterius in reliquorum Imperij Statuum præiudicium extendatur: adeóque inprimis vniuersorum Imperij Statuum interest, vt perpetua Capitulationis forma condatur; ac porrò si inposterum (quod Deus clementer auertat) Imperator sit deponendus, non Soli Electores, sed omnes Imperij Ordines coniunctim illum luctuosum actum sine dubio perficient.

Interest Imperij Statuũ ne Electorũ iura præcipua vlterius extendatur.

IV. Si verò nunc consideramus iura reliquorum Principum & Comitum inter se, magna etiam apparet Disparitas quam inprimis inde videre licet, quia Principes Imperij pro se quisque seorsim voti ius vsurpauit in Comitiis, ex aduerso Comites omnes ratione collegiorum suorum. nempe Wetterauici, Sueuici, Franconici & Westphalici quatuor tantum vota exercent, adeoque sunt inferioris authoritatis, quàm Principes. Quod attinet Ciuitates Imperij illæ tantum ratione duorum Scamnorum duplicis voti ius habent. Vt adeò ex his pateat Imperij Status, qui participant iura maiestatis, ad se inuicem consideratos inæqualiter Politicæ in Imperio potestatis esse compotes vt rectè censet, Dn. *Textor* p.48. & 53. Hinc porrò hodie iuxta leges Imperij fundamentales fortiter & intrepidè asserendum, simplicem Monarchiam in Imperio nostro non obtinere, quum experientia, rerum magistra, non tantum contrarium, sed etiam in superlatiuo gradu cõtrarissimum doceat. Vt proinde in Germania illa παμβασιλικά carmina *Princeps est solutus legibus: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas*; Imperij ciuibus & Reipub. membris occini minimè possint, vt satis abunde ex hoc art.8. Instr. Pac. patet, qui sanè non ita perfunctoriè in chartam coniectus, est instar fulguris ex pelvi. Vnde *Imperij Maiestas hodie est veluti Sanctum Sanctorum in quod Imperator cum Statibus immediatis solummodo intromittuntur*, ita tamen, vt Imperator tanquam Caput, ferè sit Con-Regum Rex & Dominus Con-Dominantium.

Disparitas iurium Status Politici Imperij inter Principes Comites, Barones & Ciuitates.

Simplex Monarchia in Imperio non obtinet.

Carmina παμβασιλείας.

Maiestatis Imperialis iura sunt mixta.

V. Iura Imperij Electorum, Principum & Statuum communia quæ ipsis vel ratione possessionis territorij vel absque eius respectu competunt præcipua sunt. 1. *Votum & Sessionem habere in Comitiis* vniuersalibus. (Vid. *Instr. Pac.* hic §. Gaudeant.) 2. *Potestas ferendi leges, vt & dispensandi & priuilegia concedendi.* Leges vniuersales in Imperio condit Imperator cum Statibus Imperij coniunctim. (Vid. *Instr. Pac.* l.c.) Particulares autem in suis territoriis Principes & reliqui Status adhibito consilio Procerum prouinciæ (*Landstande*) condunt (Dn.

Iura Statuũ Imperij cõmunia.

Hahnius ad Wesembec. de Legib. Dn. *Struve.* in Syntagm. iur. Feud. c.6.num.14.) Quum enim Imperium nostrum in generali complexu consideratum spectata partium relatione ad totum magna quædam sit Ciuitas & Respublica, eius verò singulæ partes separatim considerata peculiares & plures quodammodo sint Respubl. (Vid. D. *Ludolph. Hugo* in nitida Dissert. de Statu Region. Germ.) nec Imperio, & sigillatim eius partibus ius vniforme, quod solum obseruent, sit præscriptum, sed propriis quoque viuere legibus cuique loco ab antiquis permissum sit temporibus. (vid. *Lehman.* Chron. Spir. p.337.) Hinc iurium in Imperio duplex est ratio, ita vt alia sint communia, quæ in Imperio, vt vna Respubl. est considerato, vigent, *Deß Reichs allgemeine Rechte, Abschied und Gevvonheiten*; alia particularia, quæ in istis peculiaribus Rebuspubl. peculiariter introducta, vel vi Superioritatis territorialis (*außChur-Fürstl. Gräffl. Freyherl. Macht und Hoheit, vvie auch Stadl. Obrigkeit*) constituta, & dicuntur *Landes Fürstl. oder Ländische Ordnungen, Gevvonheiten der Fürstenthumen, Herrschafften, und Gericht, Statuten, Sondersatzungen*, (Vid. *Ordin. Cam.* p.1. tit.3. §.1. & tit 57. *Ord. Crim.* in præfat. circa fin. & artic.122. *Ord. Pol.* de ann.1577. §.17. *Rec. Spir.* de an.1529. §. Item *als bißher*,) *Dispensandi* etiam *potestas* iure territoriali in Prouinciis Principibus est concessa. Vnde delinquentibus (modò pœna ipso iure Diuino non sit statuta) pœnas remittere possunt (*Carpzov.* Prax. Crim. p.3. qu.150. D. *Daniel Clasen* in Tract. de *Iure aggratiandi* in tot. & *Otto Phil. Zepper.* de eodem argumento add. *Rec. Imper. Spir.* de ann.1526. §. *Vnd vvievvol.*) & vt inter personas cognatione vel affinitate gradibus, non iure Diuino, sed Canonico prohibitis, iunctas matrimonia permittere. (Vid. *Bechstadium* de Iur. connub. *Carpzov.* in iurisprud. Consistit. lib.2. def.109. & seqq. Dn. *Struve* Exerc.29. ad Dig. th.49.) Et hoc fit tota die in nostris Consistoriis, non tamen sine pecunia, vt ita illæ Curiæ Papalis reliquiæ in eo nondum sint abolitæ. Referri huc insuper potest *Concessio veniæ ætatis*, quam etiam Status in territoriis suis impertiuntur, de qua re adeundus Dn. *Mylerus* in Tr. de Statibus Imperij & in Tr. cui tit. *Etologia Ordinum Imperialium. Nundinas minus solennes* quoque Principes Imperij concedunt (Dn. *Limnæ.* l.4. de Iur. Pub. c.8. num.311. & addit. ibid.

Iudicium de forma Reipubl. Imperij

Iura in Imperio sũt vel vniuersalia vel particularia.

Dispensatio.

Ius aggratiandi.

Abusus in hodiernis Protestantiũ Consistorijs.

Ius Episcopale.

VI. Inter eminentia Principum & Statuum Protestantium iura, est *ius Sacrorum* [quod minus idoneo vocabulo, ex Pappismo retento, *Episcopale* vulgo vocant.] Gaudeant sibi Principes Euangelici, quod iuris huius sublimitate (*Die* Ecclesiastica) omnes Principes, Romanum Pontificem adorantes, hodie præfulgeant. Hoc ius vi iuris

Prærogatiua iurium Principum Protestantium præ Catholicis,

territorialis ante Pacem religiosam competens, (*Carpzov.* Iurispr. Consistor. tit. 1. def. 1. & seqq.) Principibus istis tribus constitutionibus super Pace Religiosa nempe transactione Passauiensi de an. 1552. Pace religiosa strictè dicta, quæ habetur in *Rec. Imper.* de an. 1555. §. *Sezen demnach*, 14. vsque ad 33. confirmatum & demum per *Instrumentum Pacis* artic. 5. vlterius declaratum. Huius Pacis Religiosæ præcipua capita sunt. 1. Sub hac Pace contineantur solum Religioni Catholicæ & Augustanæ Confessioni addicti (d. *Recess.* §. 17.) Hodie hæc pax ad Reformatos quoque extensa, salvis tamen semper Statuum protestantium (videlicet Euangelicorum & Reformatorum) inter se & cum subditis suis pactis, priuilegiis, reuersalibus, quibus de religione & eius exercitio & inde dependentibus cuiuslibet loci Statibus ac subditis hucvsque prouisum est, salua itidem cuiúsque conscientiæ libertate. [V. *Instrum. Pac.* art. 7. R. I. de an. 1654. §. *Doch sol dabey.*] 2. Controuersia religio non aliter quam Christianas, amicas, pacificásque vias ad consonum Christianum intellectum ac congruentiam componant [d. *Rec.* §. 15.] 3. vtriusque religionis [Catholicæ enim: & Euangelicæ latè dictæ quatenus quoque Reformatam complectitur] Status erga se inuicem iure ipsis vigore Sacri Imperij legum competente contenti viuant [d. *Rec.* §. 16.] Æqualitas quoque inter Ordines Imperij per *Instrum. Pac.* artic. 5. §. 1. in fin. sancita. 4. Fundationes sacræ & bona Ecclesiastica [inter quæ & Commendæ, *Instrum. Pac.* a. 5. §. 5. adeóque & commendatores personis Ecclesiasticis accensendæ, de quo antea tamen dubitatum vt videre est apud *Gylman* Tom. 1. part. 1. pag. 194. à quibusdam Statibus in vsum templorum, Scholarum, stipendiorum [*Milten*] aliarúmque rerum controuersa, quæ neque ad alios Imperii Status pertinent, nec tempore transactionis Passauiensis, aut posthac (scilicet vsque ad pacem Religiosam 25. Sept. 1555. publicatam) ab Ecclesiasticis fuere (realiter: *Gylm.* d. part. 1. p. 220.) possessa, destinatæ dispositioni absque omni contradictione iudiciali vel extraiudiciali relinquantur, nec illorum nomine Camera vllos processus decernat (d. *Rec.* §. 19.) Vbi singulariter notandum, quod quidem præmemoratum tempus à publicata pace Religiosa vsque ad an. 1648. circa dijudicationem possessionis bonorum Ecclesiasticorum, retentam confirmando ablatam vero restitutioni mandando obseruatum fuerit; ast cum post d. pacem religiosam, præsertim durante nupero tricennali bello, illa possessio variè fuerit translata, in conuentu Osnabrugensi placuit possessionem 1. Ian. 1624. habitam vnicum solúmque futuræ obseruantiæ ac restitutionis in Ecclesiasticis, & quæ horum intuitu in Politicis mutata sunt, fundamentum constituere. [V. *Instrum. Pac.* artic. 5. §. 2. Dn. *Iacob. Blu-*

mius

mius in processf. Camer. tit. 28 num. 18. 19.] Difficulter hæc constitutio in actum deduci potuit, variæque sunt circa hunc terminum querelæ protestantium motæ, vti cum ex supra dictis [*part. 2. Disc. de restitutione in Ecclesiasticis*] tum sequentibus constat. In *recessu Circuli Infer.* Saxon. Lyneburg. de an. 1625. illius Circuli Status in hunc modum concluserunt: *Wan nach laut des* Instrum. Pacis in Ecclesiasticis *alles in dem Stande, vvie es* an. 1625. d. 1. Ian. ratione possessionis *gevvesen, soll gesezet vverden, die Catholischen hingegen krafft* iuris territorialis, *ihre* religion *nichts desto vveniger aller bey Beschliessung des Friedens gehabter* intention *zu vvieder einzufüren, das* simultaneum *zu* prætendiren *vnd nicht die general Regul der* Special dispositon (*vvie es doch vernünfftig nicht anders sein kan*) *sondern vmgekehret, vvas* specialiter disponiret *nach der* general regul *zu* interpretiren, *zu zernichten, verneinen vnd ihnen vorgenommen haben*, &c. *so hat man gleichvvol Euangelischen theils sich im Gevvissen schuldig vnd verbunden befunden vveil man gleichvvol das* fundament *des* Instrumenti Pacis *vor sich hat, mit gebürenden Eiffer zu suchen, vnd ist derovvegen beschlossen vvorden, bey herannahenden Reichstag ietzberürte* grauamina *anzubringen, vnd das alles in dem Stand, vvie es* an. 1624. die primo Ian. *gevvesen ohn auffschub vnd ruhig vvieder gesezet vverde, bevveglich anzuhalten.* In eod. recessu etiam habentur sequentia: *vvessen die Landstände der Ritterschafft vnd Städte des Stiffts Hildesheim in vnterschiedenen* puncten *sich beschvveret, das nemlich die* Patres Iesuitæ *zu vnternehmung des* simultanei exercitij religionis *ein Haus zu Hohenhameln zu einer Capellen allernegst der Euangelischen kirchen angerichtet, vnd die* Sacra *darin zu halten sich vnterstanden: Den die Capucciner vfm Berge vor der Stadt im Lande herumb vvandern, vnd die Leute in der* religion *vnd Gevvissen verunruhigen; imgleichen die Münche in den Iungfravven Clöstern Lampring, Derenburg, vnd Escherde, dieselbe annoch den Monialen nicht vvieder eingereumet hetten, vnd den Vnterthanen des Stiffts die theils Euangelische Kirchen vnd Geistl. Güter in deren* possess *sie* an 1624. *den* 1. Ian. *gevvesen, bis* dato *vorenthalten, solches alles hat anders nicht als für* contrauentiones *des beliebten Friedens können angeschlagen. Ist derovvegen nothvvendig erachtet vvorden an Chur-Fürstl. Durchl. zu Cölln vvolgedachten Landständen, ein* recommendation *Schreiben zu ertheilen, auch im fall solches nicht vvircken noch verfangen vvolte, ihnen so vvoll, als obervvehnter Stads Hoxter [vvorin feindlicher vnd Friedbrüchiger Einfall geschehen] Duderstadt [vvoselbst in dem Rath eine Catholische Person von Chur-Mainz eingedrungen] vnd andern* grauaten *in ihren* desideriis *vf bevorstehenden Reichstag getrevvlich zu* assistiren (*Vid. Contin. Theat. Europ.* ad an. 1653. p. 308. 309.) Postio-

Restitutionis punctus in Ecclesiasticis verè lapis offensionis exstitit.

Grauamina Euangelicorum circa an. 1624. d. 1. Ian. quoad restitutionē in Ecclesiasticis.

Iesuitarum attentatum contra Instrumentum Pacis, in Episcopatu Hildesiensi.

Attentata Catholicorū contra Instr. P. Huxariæ & Duderstadij.

an. 1653. d. 27. Iun. in Memoriali quodam ad Imperatorem Ratisbon. *Wegen der Chur- und Fürstl. Gemeinschaffil. Stadt Weiden in der Obern-Pfaltz* hæc querela fuit mota: *Das den 12. May A. C. daselbsten die Kirchthür mit Axten und Hebbeumen auffgebrochen, durch einfuhrung zwey darzu bey handen gehabter Iesuiten, Messen darinnen gelesen: und also das simultaneum per* meram violentiam contra Instrumentum Pacis *eigenmächtig aufgetrungen worden.* Prætenderunt autem rescriptum Imperatoris, quod per iniqua narrata, quasi an. 1624. ibi exercitium Catholicæ religionis in vsu fuerit, erat obtentum. *Nachdem aber nicht allein das* contrarium *offenbahr, sondern auch die zu Weiden uff die Reichs-kündige* notorietet *sich beruffen, und im übrigen wessen Pfalz Neuburg und Pfalz-Graff Christian Augusti Fürstlicher Fürstl. Gn Gn. unwissend und ungehort der Vnterthanen mit einander sich verglichen, ihnen als* tertiis *die ein* ius quæsitum ex Instr. Pacis *haben, nicht* præiudiciren *kan*; ideoque petierunt: *diese* enormissimam contrauentionem Pacis *mit sonderbaren eiffer und Ernst anzusehen, und des Pfalzgraffen Zu Neüburg Fürstl. Durchl.* per mandata restitutoria, & de non amplius turbando *Ohn Verzug, so Wol von allen weitern Thatshandlungen und* innouationen *abzustehen, als auch die eingefürte Iesuiter abzufordern, und alles wieder in den Stand zusetzen wie es* ante turbationem an. 1624. *gewesen.* (V. *Contin. Theat. Europæ.* ad an. 1653. p. 364.) Notandum verò hic, quod idem dies 1. Ian. 1624. iuxta Instrum. Pacis in exercitio religionis non ita præcisè semper attendatur, sed sufficiat, subditos aliqua etiam parte d. anni 1624. exercitium religionis, à Domino diuersæ, habuisse (*Instrum. Pac.* art. 5. §. 12. vers. *Placuit porrò.*) Quapropter si subditi per totum an. 1624. eiusdem cum Domino religionis fuissent, vltimo autem die d. anni diuersam exercuissent religionem, illos in hoc exercitio, eique annexis, vt & possessione bonorum Ecclesiasticorum imperturbatos relinquendos, aut perturbatos restituendos esse manifestè constat. (Dn. *Blumius* de Proc. Cam. t. 28. num. 37.) Deinde terminus an. 1624. nullum præiudicium creare debet iis, qui ex capite amnestiæ, aut aliunde restituendi veniunt. (d. art. 5. §. 2. vers. *Terminus autem.*) *Quintum præcipuum caput Pacis religiosæ est*: Ecclesiasticis Electoribus, Principibus ac Statibus, Collegiis, Monasteriis, Ordinibusque Ecclesiastici hominibus sui census, reditus, decimæ, cunctaque iura (*intellige prout illa an. 1624. d. 1. Ian. possederunt*) salua maneant. (*R. I. d.* an. 1555. §. 20. vers. *Doch denen Geistl. art. 5.* I. Pac. §. 15.) Plura Religiosæ Pacis capita Vid. *Blum.* Tr. cit. tit. 28. in tot. vbi egregiè Instrum. Pacis cum pace religiosa confert, & multa loca art. 5. Instrum. Pac. illustrat. qui Autor itaque inprimis ad d. art. legendus. Redimus iam è diuerticulo in viam.

Attentatum contra Instr. Pac. Weidæ in Palatin. Superiore. Violẽta possessionis exemplum.

Interpretatio an. 1624. quoad restitutionem in Ecclesiasticis.

Dn. Blumius.

VII. Competit porrò Principibus & Statibus Imperij *Ius conducendi Die Glaitliche Obrigkeit, Gleitsherlichkeit, auff freyer Kayserl. Reichs-und Heerstrassen.* [Vid. Merckelbach.ap. *Klock.* vol.1. Conf.8. nu.178. *Oettinger.* de Iur.limit.l.1.cap.9.num.24.Dn.*Strauch.*Diff.Exoter.11.th.2.] Porrò *iurisdictio* tam secularis quam Ecclesiastica. [Vid. D. *Struue* cap.6. Syntag. iur.feud.th.17.18.] *Ius belli Pacis ac Faderum; Potestas circa monetam*; *ius tributorum* ratione superioritatis territorialis, ius Austregarum, ius *Iudaos* recipiendi; *ius* auri, argenti, cupri, ferri, salis *fodinarum* & aliorum mineralium, ius percipiendi commodà ex mari & fluminibus publicis (Vid. *Noe Meurer*, *Buchner.* & *Stypman.* de Iure aquatico.) *ius viarum* publicarum [*Struue* d.cap.6.th.23.] *ius vectigalium*; *ius venandi*, *piscandi*, *aucupij* (Vid. *Mohr.* de iur. venandi) *ius Foresta siue sylvarum* (*Forstrecht*) Francis enim Foresta dicta sylua. *Ius* apprehendendi bona vacantia item quæ auferuntur vt indignis. [*Struue* d. cap. 6. th.29.] *Thesauri* inuentio [*Struue*.d.cap.6.th.27.] *ius molendinorum*[Vid. *Hering.* de iur. molendin.] *ius confiscandi* [(*Capit. Leopoldi* Imp. art.27.) *ius legitimandi* spurios & restituendæ famæ quoad suum territorium : *ius petendi decimas* emigrationis : *ius angarias*, & parangarias exigendi (vulgo *Frohndienste*) ius exigendi *ripatica*, ius ponendi *fortalitia*, &c. [Plura de Statuum iuribus qui nosse cupit adeat D^n. *Mylerum* Tr.de Statib.Imper.Dn.*Seckendorff im Teütscher Fürsten Staat* Dn. *Iehna* Tr. de Regalib. Dn. *Struuen.d.* cap.6.] Tametsi verò sublimia & eminentia sint Statuum iura, tamen exinde Statibus imperij Summum imperium assignare, vsus & mores imperij vetant, quod tamen intendere videtur Dn. *Monzambano* [in doctissimo libello de Statu imperij Germ. cap.6.§.28.] qui passim Summum imperij regimen debilitare, & multas in imperio absolutas Respublicas, fœdere tantum colligatas, fabricare contra imperij genium nititur, id quod etiam *Thuanus*, *Iacobus Gotofredus* & alij facere videntur. Minus rectè tamen. *Aliter* enim *considerantur iura Maiestatis* in Germaniæ Regno respectu Summi imperij in Comitiis, vbi omnia illa Iura dimidiâ parte Imp.dimidia verò parte Status sibi vindicare videntur; Id quod etiam ex §. *Gaudeant.Instr.Pac.*hic non adeò obscurè patet. *Aliter* verò *regalia vel iura Maiestatis considerantur* ratione singularum Prouinciarum imperij, vbi singuli status ratione superioritatis territorialis non perfecti & absoluti Reges, sed dependentes atque Superiorem recognoscentes Imperatorem & Imperium dici possunt. Eleganter in rem præsentem Dn. *Seckendorf. im Teutsch. Fürst. Staat* (p.65.) ait : *Das eine Fürstl.Hoheit nicht gar also, absolut sey, sondern uff Kayserl. Maj. und das H. Reich ihren unterthänigen* respect *habe.* Quod si verò, iuxta

Ius conducendi.

Principes Imperij non habent absolutam potestatē. Dn. de Monzābano opinio de Imperij Statibus taxatur. Iudicium de Monzambano.

Statuū territoria sunt regna imperfecta & relata, non absoluta.

Monzambanus stringitur.

Dn. de Monzambano mentem, singuli Status summum imperium haberent, neminem agnoscerent superiorem, nisi Deum & ensem, quum tamen omnes non tantùm Deum in cælis (vnde se scribunt *Von Gottes Gnaden* Dn. *Seckendorf.* d.tr.p.2. t.1.) sed insuper in terris Imperatorem & Imperium eiusque summa dicasteria superiora agnoscãt, id quod hodie, ciuili bello per Pacem Monasteriensem sopito, nemo negare audebit. *Summum* itaque *Imperium cum Cæsare Status tenent diuisum: Subalternum autem siue territoriale* (vt sic dixerim) *imperium singuli Status in ditionibus suis possident*, summumque illud Imperij regimen, quoad omnia fere instituta in territoriis suis æmulantur. (Vid. Dn. *Ludolph. Hugo.* de Statu Regionis Germaniæ in tot.) Interim quia hodie iura & regalia siue bona publica in priuatam Principum possessionem venerunt, nec Ordo defensionis & executionis stabilitus, difficile sanè est Ordines in verè vnum corpus Reip cogere. Antequam finio Discurs. de Iuribus Statuum Imperij, vnicum adhuc notandum, *multos* scilicet *Status* non tantum in suo verum etiam *in alterius Con status vicino territorio nonnulla iura exercere*, id quod nuper per totam Germaniam notissimum euasit, in illustri controuersia de *Wildfangiatu* Sereniss. Electoris Palatini. Vnde in *Iustitia causæ Palatinæ* (in præfat.) ita præclarè: *Quis ditionem in Imperio ita liberam habet, vt non in illa vicinus aliquis, in huius aut illius iuris partem veniat? Quemadmodum enim priuatorum prædia, alia aliis seruitutes vrbanas, rusticas, oneris ferendi, tigni immittendi, aquæ ductuum, itinerum & similia sexcenta debent, sic inter territoriorum Dominos nihil frequentius, quàm alteri in alterius ditione quæsitas nobiliores seruitutum species, iurisdictionum, meri mixtique imperij, censuum, conducendi, hominum propriorum, &c.* Et mox: Plurimi in pago *Edickhoben*, Præfecturæ Neostadiensis (in Palatin.) nec pauci in pago *Klingenmünster*, Præfecturæ Germesheimensis degentes, qui in Palatinorum subditorum indubitato numero, sed Episcopo Spirensi corpore proprij existentes, huic non illi collectas, sequelam, aliaque subditis consueta præstant. Hæc ibi. *Oettinger* (de Iur. Limit. l.1. c.9. n.24.) de jure conducendi in hunc modum: *An vielen Orten im Teutschen Reich ist herKommen, das einer in eines andern Herrn Gebieth vnd Lands ObrigKeit Zu gleiten, aber sonsten Keine andere obrigKeitliche Gerechtsame darinnen hat &c.*

Maiestas Imperij quomodo diuisa.

Status Imperii etiam in alienis ditionibus iura habent.

Seruitutes dantur in iure publico.

DISCVRSVS II.

DE

STATV POLITICO IMPERII

Siue de

IVRIBVS MAIESTATIS Imperio toti, id est, Imperatori & Statibus in perpetuum assertis.

Ad art.8. Instr. Pac.§. Gaudeant.

I. IN hoc §.præsens Imperij Politicus Status, hactenus multis procellis in alto ciuilium tumultuum agitatus, tandem, multis tempestatibus superatis, in portum deducitur, quem vt fortiter occupet, omnes quos tangit cura communis Patriæ seriò exoptant. Firmantur autem in h. §. iura Politica Imperij Statuum, quæ non rarò violata esse Principes passim antehac erant conquesti. (conf *supra p.1.Disc.1.n.*87.93.& p.2. Disc.1.in tot.) Primus Comitiorum Osnabrugensium labor fuit, ius belli pacisque, indicendorum tributorum, aliaque Cæsari extra legum morisque veteris limites vsurpata, rursus intra pristinos cancellos reducere[conf. Dn.*Forstner*.in Epist.1.76.88.]id quod tandem etiam obtentum, vt textus inquit, vbi clarè disponitur: *Das alle hohe Reichs Sachen in Comitiis mit Rath vnd Bevvilligung der Reichs Stände fürgenommen vverden sollen.* Quis iam non asseret Politicum Imperij Statum[de quo stabiliendo hic agitur V. pr. Instrum. Pac.h.art.verb. *statu Politico*] esse ex Monarchia

Imperij status Politicus firmatus in §.gaudeant.

Hodiernus Imperij Politicus status hic confirmatur.

Status Imperij in Comitiis non se habent purè passiuè, vt nudi Consiliarij sed vt agentes & decernentes, coimperantes.

& Aristocratia mixtum: Non enim verum est quòd *Reinking, Stamler* & alij asserunt, status Imperij Consiliariorum tantum in comitiis vice fungi. Expressè enim hic sancitur, quòd in negotiis Imperij sine deliberatione, suffragio & consensu Statuum, in comitiis vniuersalibus Congregatorum, nihil fieri debeat. In aliis etiam Imperij constitutionibus hæ voces *Rath vnd Bevvilligung*; *Rathen*, *ordnen vnd beschließen* passim coniunguntur. Et quis in Politicis rebus adeò rudis & hebes est, qui non hæc duo: *Consilium* atque *Suffragium* multum ac plurimum differre animaduertat? Consulunt quidem ac deliberant etiam status Imperij in comitiis; cæterum in illis nudis consulendi terminis non subsistunt, (vti nec ipse Imperator dum de Imperij negotiis consulit) sed insuper liberam suffragandi facultatem habent, & tandem suffragia sua cum Imperatoris suffragio per maiora vnientes de rebus Imperij, hactenus in tribus Imperij Consiliis siue Curiis in deliberationem adductis, decernunt, & recessus Imperij condunt. Consultatio præcedit: vis suffragandi verò decreta & constitutiones Imperiales (*die Reichsabschiede*) producit. D.n. *Eitel Friderich von Heerden* consentit hisce egregiis verbis: (*in der Grundveste deß H. Röm. Reichs* part.1.c.1.) *Chur Fürsten vnd Stände des Reichs vverden nicht nur etvva als bloße Räthe von Ihrem Oberhaubt dem Röm. Kayser darzu*(ad comitia) *erfordert, vnd vmb ein vnverbindlich Gutachten in dieser oder iener Reichs angelegenheit befraget sondern befinden sich darbey als* partes principales *vnd Mit* interessenten *an dem* statu & forma regiminis, *vnd nach Inhalt* Regim. Imper. de an. 1500. Tit. *Von den Zvvanzigen*. Rec. Imper. de an. 1570. §. *Weiters nachdem*. Rec. Imp. de an. 1559. §. *Damit dan hinfüro*. Vbi verba, *Berathschlagen, beschließen, verordnen*.

Quomodo decreta & leges in comitiis fiant.

Status Imperij non sunt muta, sed vocales personæ.

Ordines itaque Archontum loco sunt, qui ipsimet de potestate participant, & clauem Reipub. vnà cum Imper. tenent. Status itaque Imperij in comitiis non sunt mutæ sed cum Imperatore vocales personæ, qui tandem, si circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis summam fecere consultationum, vnanimiter decernunt: Sic volumus, sic iubemus, sit pro ratione nostra vel omnium vel ex maiori parte voluntas. Manet itaque certum, firmum atque stabile contra Reinkingium & Hippolitum à Lapide Imperij nostri hodiernam formam esse ex Monarchia & Aristocratiâ temperatam atque mixtam. Probamus hoc ipsum hoc syllogismo demonstratiuo, cuius vi id, quod lignum est, quasi lapidescit, & opinio fit scientia: Penes quem sunt iura maiestatis, penes eum ipsa Imperij maiestas est. Atqui penes Imperatorem & vniuersos Imperij Status sunt iura Maiestatis. Maior est principium Politicum. Absurdum enim foret, in aliorum potestate Maiestatem Imperij, in aliorum potestate iura maiestatis esse. Minor clarissimè elucescit ex §. *Gaudeant art.* 8. *Instrum. Pac.* & indu-

Imperij hodierna forma mixta.

Demonstratio Imperialis Reip. formæ.

ctione facillimè probari potest [V. quæ paulo post h. Disc. afferentur & supra p.1. Disc. de maiestate Imperatoris, add. *Gotlieb von Hagen*, Consiliarius & Legatus Regis Daniæ in tract. cui titulus : *Splendor Imperij Romani contra Tessaurum.*] Hic se opponunt nonnulli Boxhorniani, in quorum castris etiam militat Dn. Monzambano [quem redarguit Pacif. à Lapide in stricttur. ad illum Disc.12] qui mixtam dari remp. negant. Sed valde ridicule : Quando enim dico : Maiestas potest diuidi per partes subiectiuas, idem est, ac si dicerem, datur forma mixta, quam qui negant argumentatur Physice ad genus mixtionis moralis. Hic autem non spectatur mixtio Physica, sed Politica. Nam quod ex aquâ & aquâ mixtis manet eadem aqua, est mixtio Physica: At hic agimus de mixtione Politica. Hic autem notandum quod non omnis mixtio inferat Remp. mixtam : Alia enim ex mixtio reip. alia est mixta Resp. *Aristoteles* nonnulla scripsit de mistione Rerumpp. sed nihil nouit de Repub. mixta, quam suo tempore non obseruauit. At si credimus *Adamo Contzen* (l.1. Pol.c.14. §.9.) tres reip. species ita ferè hoc tempore esse temperatas, vt nuspiam siue monarchia pura siue Aristocratia siue Politia reperiatur. Omnes enim, inquit. Impp. Reges, Principes certis legibus potestatem habent circumscriptam, multis se sacramentis suæ Reip. obstrinxerunt, & multò magis qui inter Optimates & à populo magistratus capessunt. Itaque omnia pæne Regna Christianorum sunt Monarchiæ, Aristocratiæ, Politiæ. Adducit exempli loco nostram Rempub. Caput Imperator est: Optimates Electores & Principes, Populus ciuitates Imperij.

Gotlieb von Hagen.

Datur Resp. Mixta.

Aristoteles ignoranit Remp. mixtam.

Contzen opinio.

II. Asseritur hic primum in Instr. Pac. toti Imperio, *ius ferendarum & interpretandarum legum*, & iuxta h. art. leges vniuersales positiuæ (quæ sunt *acta Pacis principalia* vt rectè disserit *Baconus de Verulamio* in Histor. Henr. VII. p. 155.) in Imperio nostro non feruntur, nisi accidentes suffragio Imperij Statuum. Vnde Recessus Imperij (*Reichs abschiede*) sunt communes Imperij, id est, & Imperatoris & Statuum constitutiones, ad Imperij negotia spectantes, variis in Comitiis sancitæ. Secundum eas verò in *Camera Imperiali* non semper confestim duobus post publicationem mensibus (quod ex *Nov.66.* iuri communi congruum esse arbitrantur interpretes) ius redditur. Sed antea insinuatio Recessuum, quibus illæ continentur, à Moguntino Electore præcedit, & Decretum commune (*Gemeiner Bescheid*) quo Litigantes, Aduocati & procuratores, de causarum obseruantia admonentur ; quod circa Recess. Imper. de ann.1654. in quintum mensem dilatum est. (Dn. *Eric. Mauritius* in Disput. de citat. ad Reassumend. Corollar. 2.) Notanda hic Cameralis regula *Lex publicata*

Regula Cameræ Imperij notatu digna.

non valet nisi insinuata. Frustra ergo sunt hodie, qui potestatem ferendarum legum vel soli Cæsari vel solis Ordinibus (à quarum parte stare videtur *Hippol à Lapide* p. 82. 83.) tribuunt. (add. *Rec. Imp.* de an. 1564. §. *Haben sie.* & de an. 1567. §. *Aber doch da sie.*) Ipse *Ferdinandus II.* Imp. (quamquam Edicto suo contrarium ostenderit) Legatis Circuli Franconici an. 1629. d. 28. Aug. in hunc modum respondit: *Es erinnern sich I. Kay. Maj. das in denienigen Sachen, da man nevve Gesez vnd Constitutiones auffrichten vvolle, dem im Reich herkommen nach, solches vff gemeinen Reichs Versamlungen* constituiret *vverden solle.* [*Thom. Manlius* in Iconismo Aquilæ Romanæ annexa.]

Interpretatio Legū Imperij.

Non autem ferendarum tantùm, sed & interpretandarum legum potestas Imperatoris & Statuum coniunctim est, vt hic in textu disponitur: adeoque interpretatio Instr. Pac. non est priuati alicuius iudicis & iurisconsulti, sed Imperij ordinum in Comitiis [Vid. Instrum. Pac. art. 5. §. 17. Domin. *Eitel. Frid. von Heerden in der Grundf. des H. Reichs* part. 3. c. 8. p. 263.] Secus si fiat, *vvürde der Friede vielfaltiglich anstoß leyden, ia zu besorgen stehen, man dörffte in kurzen vvieder in die Noth gerathen, vvorin man* an. 1629. *bey* publicirung *des Kayserl.* Religion Edicts *kommen, vnd daraus nach Vergiessung so vieler* Millionen *Christen Bluts kaum* eluctiren *können,* ait idem *von Heerden.* [l. c. p. 294. Vid. sup. p. 1. Disc. 1. num. 89.] Quum *Elector Saxon.* literis de dato d. 28. April. an. 1629. ad Cæsarem datis multis rationibus ostenderet religionis negotium ab exorti dissidij primordio in Comitiis Imperij publicis tractari solitum, ac proinde totam eo tempore feruentem Edicti causam illuc esse reiiciendam; tum iussu Imperatoris responderunt Consiliarij Aulici: *Nevve Gesez könne I Maj. nicht machen ohne* consens *der sämbtlichen Reichs Stände: Man* versire *aber dißmahl nicht in* terminis legis ferendæ, *sondern* iustitiæ administrandæ. [*Thom. Manlius* loc. cit.] *Hac interpretatio Cæsaris, sibi soli relicti, multa mala dedit Germaniæ luctuosa.* Huic rei iam per Instr. Pacis remedium est quæsitum. In specialibus por ò Monitis ad Capitul. Leopoldi Imper. ad art. 2. Euangelicorum Deputati an. 1658. Francofurti addiderunt: *Das der zukünfftige R. K. sich der* interpretation *der Reichssazungen vnd insonderheit deß* Instrumenti Pacis *allein nicht anzumassen, sondern dafern sich ein* dubius intellectus *ereignen solte, mit gesamter Stande deß Reichs vorvvissen, Rath vnd Vergleichung auff offentlichen Reichstägen damit zu verfahren, zuvorher aber darin nichts zuverfügen noch ergehen zulassen.* Hinc etiam Catholici ac Euangelici Principes & Status in Protestatione sua ob non habitam rationem Monitorum in condenda Capitul. Leopoldina an. 1658. die 8. Aug. in extremo addiderunt: *Das sie das vnterm* dato 27. Iul. *nechsthin der gedruckten Kayserl.*

Edictū Ferdin. II. quo modo in aula Cæsaris explicatum.

Interesse Imperij Statuum.

Kayserl. Wahl Capitulation *angehenge also genante Chur-Fürstl.* Decret, *als welches* in effectu *in die* interpretation *der Gülden Bull, so dem Chur-Fürstl.* Collegio *allein nicht gebüret, noch dahero Fürsten und Stände demselben einreümen können, miteinläuffe* contradiciren, *und darwieder geziemend Notturfft* reseruiren.

Nota Dum Electorum nouationem.

III. Asseritur & stabilitur hic porrò toti Imperio ius belli Pacis ac Fæderum. Quod *ius belli* attinet, iam olim id Imperatores & Status coniunctim habuerunt [vid. *Warem. ad Ehrenberg.* p. 1. de Fæder. c. 2. num. 30.] De *Henrico I.* Ordinum consensum in bello contra Poloniam & Bohemiam adhibente, vide *Sigfrid. Presbyt.* l. 2. Epit. Hist. De *Henrico III.* in conuentu Colon. in bello contra Reg. Hungar. vid. *Naucler.* vol. 3. Chronogr. gener. 35. De *Friderico I.* [*Otto Frising.* l. 2. de reb. gest. Frid. dap. 6. vid. Capitul. *Caroli V.* apud *Sleidan.* l. 1. R. I. de an. 1526. §. *Weiter als* Königl. R. I. de an. 1544. §. *So achten wir,* vers. *vnd demnach, Capitul. Ferdin. II.* §. *Es solten vnd wolten*, vbi ad minimum Electorum consensus requiritur, quæ tamen prærogatiua per Instrum. Pac. hic rursus sublata. Hic Imperator Ferdinandus nihilominus circa ius belli fere sibi absolutum arbitrium, conquerentibus de eo Statibus, sumpsit: vt apparet ex Replica in conuentu Ratisbon. 1630. de dato 20. Iul. & ex Electorum duplica in eodem conuentu eodem die. Quid in conuentu Brunsvicensi inter Tillium & Ordines inferioris Saxoniæ Circuli actum sit, vid. apud *Lundorp.* [Tom. 1. l. 8. cap. 35. p. 1225. 1226.] *Ordines illius Circuli* ita tum inter cætera responderunt illud: *Gesambte Fürsten und Stande werden dem Herrn General Tilli schwerlich einreümen, die* Executions-*ordnung dahin zu* interpretiren, *als wen wegen ietziger lauffte vnnd vmbstande im Reich der Craiß keinen einzigen Mann zu Roß und Fuß zu seiner* defension *zu werben befugt, da doch der Reichs-Abschied* de an. 1555. *im Buchstaben das vnverneinliche wiederspiel verordnet.* Non referemus nunc plura quomodo durante bello ciuili ius belli Imperatori & Statibus commune hinc inde sit violatum: quum huic rei in Instrum. Pac. iam remedium sit quæsitum vt adeò quid præterito tempore in contrarium actum sit, non amplius attendi debeat. Nouissimè Principes & Status an. 1658. ad artic. 11. Capit. Leopold. hæc monita addiderunt. 1. *Das der künfftige Römische Kayser das Reich in frembde kriege nicht* implicire. 2. *Sich aller heim-und offentlicher* assistenz *durch vberlaß oder Zuschickung der Völcker einzel oder Truppenweise*, in Compagnien, Regimentern, *oder* Armeen, *der einen außwertigen Partey gegen die ander, es geschehe* per directum *oder* indirectum, *so fern dem Reich darauß Schaden und Gefahr entstehen kan, gäntzlichen enthalte.* 3. *Das der künfftige Röm. Kayser ohne der Stände* consens *weder von deß*

Ius Fæderis Belli & Pacis totius Imperij.

Interesse Imperij Statuum.

Reichs noch seines Hauses wegen einen krieg anfange, noch einem andern denselben anzufangen gestatte 4. *Das auch von dieser regul kein* casus excipirt *also der* vers. *Oder Zum wenigsten, &c. außgelassen werden moge* 5. *Als stat deß* vers. *Wo wir aber von deß Reichs wegen, &c. Zusetzen: Wan der Romische Kayser deß Reichswegen, oder das Reich entweder in gesambt, oder dessen Craiß und Stande angegriffen würden, so solle dieser Krieg anderer gestalt nicht, als nach inhalt deß Reichs* constitutionen, *der* execution *Ordnung und deß* instrumenti pacis *angefangen, und das Haubt so wol als das* exercitus *einig und allein in deß Kaisers und deß Reichs pflichte genommen, das Kriegßvolck entweder gantz oder Zum theil ohn Vorwissen vnnd Bewilligung der gesambten Stande ausserhalb deß Reichs nicht geführet, zu nichts anders als deß Reichs* defension *und Rettung der bedrangten Stande gebraucht; die Muster und Sammelplatze, Einquartierung und Durchzüge nicht anders als nach Inhalt gemelter Reichs* constitutionen, *und* executions *- Ordnung angestelt, weniger den Obristen oder General ohn der Chur - Fürsten, Fürsten und Stande Bewilligung in ihren Landen Durchzügen, Einquartierungen oder sonsten einige eigenmechtige* disposition *Zugelassen werde.* Quod alias singulos Ordines attinet, *Principibus ratione territorij ius belli competit.* [Vid. *Aur. Bull.* t.17.§ fin. *Handhab deß Friedens zu Worms* de an. 1495. tit. 17. §. vlt.] ita tamen vt Imp. de proposito certiorem faciant [V.R.I. de an. 1555. §. *Vnd sollen die* ibi: *Die Kaiserl. Maiest. ihres vorhabens*, &c.] quod tamen est intelligendum de iusto bello quando pax publ. frangitur, [*Rec. Imp. Spir.* de ann. 1526. §. *zum andern*, §. *darauff*] Vnde *Dux Bauariæ* Vnitorum Principum Legatis ad eorum Replicam Monachij die 29. Decemb. ann. 1619. respondit: *Er wisse nicht das die absonderliche Werbungen wieder deß Reichs kraiß verfassung oder herkommen sein, weil dieselbe keinem Stand in eusserster Gefahr verbotten, sondern auff gewisse maasse Zugelassen sey.* Hinc accepta iniuria, Princeps se incontinenti vindicare poterit. [*Ord. Pac. Publ.* de ann. 1521. Tit. *Die Poen aller Friedbrecher*, ibi: *Den beschädigten, &c. Warem. ab Ehrenber.* de Fœder. l.1. cap. 2. num. 56. *Carpzov.* de Leg. Reg cap. 4. *Limna.* l.4. cap. 8. num, 413. & sequ.] Huic iuri sine dubio innixi fuerunt confæderati nonnulli in nuperrimis motibus Palatinatus in controuersia Wildfangiatus dum conscripto exercitu Palatinatum grauiter afflixerunt de quo tamen passim conqueritur *Autor Iustitia causa Palatina*: hoc scilicet fieri contra instrumentum pacis, quo omnis via facti Statibus inhibita, omnésque actiones ad iudicia imperij ligatæ. Quin & non adeo pridem *Monasteriensis Episcopus* vicinis Hollandis arma intulit, ex quo facile imperium magnis

Quomodo hodierna Imperij bella administranda.

Principibus quomodo belli ius cõpetat.

Bellum ob VVildfangiatum.

Bellum Monast. Episc. cum Hollãdis.

motibus inuolui potuisset. Hoc factum tamen Dn. *Textor* videtur iure quodam colorare (in Tract. de Rat. Stat. p. 187.) quod scilicet pe Legatum in præsentibus Comitiis conquestus sit, se publico nomine non defensum aduersus Hollandorum iniurias, & ob id tandem ad arma prouocatum fuisse. *Summopere sanè interesset Imperij, vt modus publicæ defensionis in illo sanciatur, ne Status singuli, dum parum præsidij & securitatis è Repub. sperant, contractis fœderibus vel inter se vel cum exteris vim iniustam exterorum propulsare necesse habeant*, & ita in Imperio motus oriantur. Sed quia de priore h. ct. rus non bene prouisum constitutionésque imperij hac de re f. rè negliguntur ideo ad posterius itur. Hinc *Episcopus Monasteriensis* in nupero cum Hollandis bello, quum ex circulari assistentia nullam haberet spem rerum gerendarum, magis operam dedit, vt Serenis. Electorem Brandeburg. in suas partes pertraheret. (Vid. Dn. *Textor* d. Tract. p. 187. 188.) Hactenus itaque quum dispositiones circulares nondum satis opem Reipub. afferant, oportet adhuc firmiores habere artes, si Germania, adhuc Germania, & exteris formidolosa esse debet. *Ad præcauenda porrò ciuilia in Imperio arma duo inprimis obseruanda sunt*. 1. Ne amplius protestantes, instinctu Papæ, ob religionem à Cæsare & Catholicis prem itur, ipseque Cæsar omnium ordinum libertatem iura & priuilegia non lædat. Si hæc fuissent sancte hactenus attenta superius seculum non sensisset bellum Smalcaldicum, Mauritianum, &c. nec hoc nostrum bellum Saxonicum & Cæsareo-Suecicum. 2. Ne vllus ex Statibus, qui aduersus Con-Statum suum actionem habet, ferro agat; sed in iudiciis imperij iure experiatur. id quod etiam in instrumento pacis salutariter sancitum, vtinam modo exactè obseruaretur! de quo non ita pridem grauiter conquestus Serenissim. Elector Palatinus, dum arma ob ius Wildfangiatus ipsi intentarentur. Dispositum hic porrò in instrum. pac. quod nulli *Delectus & Hospitationes* militum sine consensu Statuum sint instituendæ. (*Vid. text.*) h. Quod delectus attinet haud reperire est vllum aliquod bellum pro communi Reipub. salute esse gestum milite conscripto ante seculum superius. Nec verò antehac milite mercenario bella gesta sunt; sed lecto & submisso in publicos vsus à singulis Ordinibus. Certè si Respub. nostra perrexerit vim militarem in milite mercenario collocare, vix fieri poterit, vt libertas publica salua sit etiam à ciuilibus inuasoribus, itque defectu pecuniæ sine cuius immani copia miles mercenarius conduci & haberi non potest. Vt proinde *summè intersit Reipub. redire ad pristinos mores & pro milite mercenario vti delecto*, ad exemplum omnium maiorum nostrorum: (Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. cap. 19. §. 19.) De delectibus ad art. 14. *Capit. Leo*

Interest Imperij, vt modus defensionis publicæ cõstituatur, ne Status singuli ad arma confugere necesse habeant.

Interesse Imperij præcauenda bella ciuilia.

Delectus & hospitationes militares. *Interesse Imperij Statuum.*

Hodierni delectus non sunt ex vsu Reipubl.

Interesse Imperij Statuũ. *pold.* an. 1658. Principes & Status primo loco monuerũnt : *Das der kũnfftige Röm. Kayser fur sich vvegen des Reichs keine vverbungen anstellen, oder einig kriegsheer zusammen bringe, es vverde dan zuvorhero* Comitiali Statuum consensu *geschlossen.* 2. *Das die vverbungen auch in des künfftigen Romischen Kaisers eigenen Landen zu behuff frembder* Potentaten *diensten anderer gestalt nicht, als nach deutlichen Inhalt der Reichs* Constitutionen *und des* Instromenti Pacis *angestellet, und dahin allemahl gesehen vverde, das das Reich der Manschafft nicht entblösset vverde.* De hospitationum incommodis in præterito bello à Tillianis & Wallensteinianis inflictis vid. supra part. 1. Disc. 1. an an. 1625. & seqq. & n. 91. Quibus hic in Instr. Pac. remedium quæsitum.

Ius Faederum Imperio assertum. IV. Quod *ius Faderum* porrò attinet, disponitur hic in Instr. Pac. quòd Imperator absque consensu Ordinum fœdera inire non possit; Ordinibus verò hic liberum relinquitur inconsulto Imp. fœdera etiam cum exteris inire, dummodo non sint contra Imperium. Etiam superiori seculo tempore *Maximiliani* I. Imp. ad fœdera cum exteris peragenda, non solum Electorum, sed Statuum omnium consensus requisitus fuit. (Vid. *Rec. Imp. de an.* 1512. *§. Item haben vvir*, &c. *Apolog.* Maximil. I. apud *Goldast. in Reichshandel.* p. 86.) Postea sensim extenta fuit potentia Electorum & Statibus reliquis decerptum. [*Strauch.* Diss. Exot. 4. th. 17. Vid. Capit. Ferdin. II. *§. Ihr Maj. solten und vvolten. §. Es solten und vvolten I. Maj.*] quod in Instr. Pacis hic emendatum. *Interesse Principum Imperij.* Quum postea in *Capitul. Leopold.* artic. 7. menti Instrumenti Pacis non satis respondentia quædam essent posita, Principes & Status an. 1658. ad artic. illum 7. Capitulationis Leopoldinæ addiderunt sequentia : 1. *Das keine Verbündnis in Reichshändeln ohne der Gesambten Stände auf einem Reichstag erfolgende Bevvilligung zu machen* 2. *Auch von dieser* regul *kein* casus *Zu* excipiren *noch unter dem Vorvvand einer* ob publicam salutem & vtilitatem *erforderten Beschleunigung der Fürsten und Stände Bevvilligung zu ubergehen, und also der* versic. *Es vvere dan daß* publica salus, &c. (qui extat in Capit. Ferdin. IV. artic. 7.) *außzulassen.* 3. *Wan auch ein Römischer Kayser, seiner eigenen Lande halber, sie seyen in oder auserhalb des Reichs, Bündnis machen vvürde, das doch solches andergestalt nicht geschehen möge, als ohnbeschadet des Reichs und nach Inhalt des* Instrumenti Pacis.

Interesse Imperij circa fœdera.

De fœderibus Statuum. Quod porrò fœdera Imperij Statuum attinet, singulis Ordinibus licitum est se colligare *fœderibus defensionis*, non offensionis vel cum aliis Statibus, vel exteris; quæ posteriora ipsis tantum pro sua cuiúsque securitate, ac conseruatione celebrare permissum. (Dn. *Myler.* ad Rumelin. part. 2. Diss. 4. th. 34. in addition. Lit. B. Vid. Aur.

Principes Germaniæ interesse suũ

Bull. tit.15.) Inter talia fœdera eminent. 1. *Fœdus Sueuicum, Die Geselschafft S. Georgen Schilds.* Nam omnes qui illa societate comprehendebantur, debuerunt gestare clypeum S. Georgij, modò ex Nobilitate essent. (Vid. *Crus.* p.3. Annal. Sueuic. l.9. c.1. *Gerhard. de Roo* l.10. Hist. Austr. R. I. de an.1526. §. *Ob auch jeniger.* R. I. de an. 1533. §. *Vnd als im Abschied.*) 2. *Fœdus inter* Electorem Sax. Ioannem, Bauaros fratres circa an.1531. de quo vid. *Thuan.* & *Sleidan.* (l.8.) 3. *Fœdus Smalcaldicum* (*Sleidan.* l.7. & 11.) cui fœdus sanctum à Pontificiis Noribergæ oppositum (*Sleidan.* l.12.) *Fœdus Noribergensium* cum Bambergensi & Herbipolensi Episcopis an.1553. aduersus Albertum Marchionem Brandeburgensem (*Sleidan.* l.24. Comm.) Nostro seculo nota est *Vnio* Protestantium & Pontificiorum *Liga* an.1612. (V. supra part.1. Disc.1. ad illum an.) 6. *Fœdus Lipsiense* an.1631. 7. *Heilbrunnense* an.1632. 8. *Francofurtense* an.1658. de quo *Sprenger* [de Iurispr. Publ. p.113.] *Elector Saxon.* in literis de dato *Dresden* d. 23. Febr. an. 1623. (ap. *Lundorp.* Tom. 1. act. Publ. l.6. c.161.) ita: *vvie die nevve aufgerichtete* vnion *der Catholischen Stände Zur* defension *angesehen, also vverde man die Euangelischen Stände nicht verdencken, vvan sie eben Zu dem Ende das jenige für die Hand nehmen, vvas ihnen die gebürliche Billigkeit zulässet.* Quod cùm exteris Principes inire possint fœdera dubio etiam caret, & in Instr. Pac. h. illud ipsum confirmatur. *Bodinus* iam suo tempore Principes Germaniæ cum solis Galliæ Regibus quadraginta septem fœdera percussisse testatur [l.1. de Repub. c.9.] Sic *Elector. Saxon. Hessus, Wilhelmus & Ludouicus Bauari* fratres libertatis Germanicæ tuendæ causa clam fœdus inierunt cum Francisco R. Gall. (*Thuan.* l.2. Hist.) Id quod iure factum Saxo & Hessus exemplis maiorum propugnant: *Sie seind von den Churfürsten und Fürsten des Reichs die jenigen nicht gevvest, die von ersten Schuz und* defensiu-*Bündnis mit ausvvertigen Christl. Königen und* Potentaten *gemacht und aufgericht, Zvueiffeln auch nicht, das, da ein ieder Chur Fürst vnd Fürst in seinen Brieffvervvahrungen vmbsuchen lasset, so vverde er dergleichen aufgerichte alte Verständnis darin nicht vveiniger dan sie befinden.* [*Hortleder.* Vol. 2. de Bell. Germ. l.3. c. 19 n.3.] Ita etiam Saxoniæ Elector *Mauritius* cum Henrico II. Rege Gall. *Ioannes Georgius* Elect. Sax. & alij Principes cum R. Sueciæ an. 1631. fœdus percusserunt. Quæritur *an talis potestas ineundi fœdera etiam Ciuitatibus & Nobilibus competat?* Si mores, qui fuere in Imperio recepti, à Friderici vsque II. ætate respicimus, obseruare est etiam vrbes & Nobiles Prouinciales (ad quod tamen conniuere, ciuili prudentiæ non conuenit) fœdera iniisse & inter sese & cum exteris, nulla accedente autoritate ipsorummet Principum, imò verò in quàm plurima fœdera

per fœdera promouet atque stabilit

Fœderum exempla.

Interesse Principum neglectum.

cum prouincialibus suis Principes ipsos tanquam partes conuenisse. Vsque adeò id recens est, vt etiam paulò ante hoc funestissimum bellum Germanicum nonnulli Principes à talibus fœderibus haud abstinuerint. Nec tamen priuilegium aliquod scriptum temere reperias, quo vrbibus & nobilibus Prouincialibus talis fœderum potestas concessa sit. (Dn. *Conring.* ad Lampad. p.3. c.20. §.12.) Notandum hic porrò est, quòd Principes in Fœderibus pangendis Imperium & Imperatorem semper teneantur excipere. [Vid. *Aur Bull.* tit.15. Instrum. Pac. hic] Huc pertinet textus. *Speculi Saxon.* (l.2. artic.1.) *vvo Fürsten und Herren zusammen schvveren, sie scheiden dan den Kayser und das Reich daraus, so haben sie vvieder das Reich gehandelt.* Hinc Fœderis quoque Smalcaldici Ordines à Francisco I. R. Gall. de fœdere sollicitati per Wilhelmum Bellaium cum re infecta dimittebant, quod dicerent sibi Cæsarem in fœdere excipiendum. (*Sleidan.* l.9. Comm. *Thuani.* l.2. Hist.) Et hoc etiam *Sereniss. El. Brandeburg.* in sua cum Ordinibus Belgij confœderatione an. 1655. attendit, vbi in § 8. pactorum fœderis extat: *Das diese verbündnis dero Chur-Fürstl. Durchl. Pflichten; vvormit sie dero Römischen Kayserl. Maiestät und Römischen Reich vervvand in keinem theil præiudicirlich sein solle.* Et hoc etiam obseruatum in Rhenensi Fœdere Francofurti inito. [Vid. *Eitel. Frider. von Heerden in der Grudv.* p.336.] Ipse Imperator in nouiss. Capitulat: se obstrinxit: *Das vvo I Kay. Maj ins künfftig Ihrer eigenen Landen halber einige Bündnis machen vvürden. solches unbeschädigt des Reichs nach inhalt des* Instrumenti Pacis *geschehen solte.* Rationem addit *Dn. von Heerden* l.cit. *vveil bey dergleichen Begebenheit, und vvan ein Kayser von seinem also* confœderirten *umb Hülff ersucht, und dieselbe von ihm geleistet vvürde, gar leicht das ganze Reich mögte* implicirt, *auch ein Stand nach dem andern in den Harnisch gejagt, und in vnübervvindlichen Schaden gesezt vverden* Vid. pl ap. Aut. cit. vbi particulare p. 337. leges. Solent Principes hodie quando fœdera ineunt, hoc ipsum in notitiam Imperatoris deferre. Quin superiori seculo *Carolus V.* Imp. fœderis capita à Smalcaldicis postulauit, quod tamen ab iis fuit negatum. Dn. *Lampadius* (p.3. c.20. §.12.) iudicat licuisse Carolo capita illa sibi postulare, quod ipsum in notis approbat Dn. *Conring.* quum *intersit Summi Capitis videre, ne quid contra Rempubl. geratur*: Quin ipsos Ordines fateri, sibi non esse fas fœdus vllum inire, quo Cæsareo & Imperij iuri quidquam derogetur. Obseruandum hic porrò est, Ordines Imperij non inire fœdus adversus Summum Caput suum (*Oberhaubt*) nisi ipsi Imperatores iura illorum euersum eant, & in ipsos hostilia moliantur. Vnde superiori seculo Protestantium capita in pacto Confraternitatis loquuntur: *da ein Kayser seiner*

Nota circa fœdera Principum.

Interesse Imperij.

Interesse Imperij circa fœdera Principum.

Ordines Imperij regulariter nullum fœdus contra

autoritet *Ordentlich und nicht gevvaltbahr gebrauchet* [*Hortleder*. Vol. 2. de Bell. G rm. l.3 c.17. n.1. Vide *Bernhardum Zieritzium* in Disc. Apologetico pro fœd re Smalcaldico th. 100.] Quid circa Cæsareum Caroli V. titulum commissum sit à Smalcaldicis vid. ap. eundem *Hortleder*. [d. Vol.2. l.3. c. 26. n. 3. & c. 28. n.1.] quæ an approbationem mereantur, alij viderint. Quod verò ipsum *fœdus Smalcaldicum* attinet, non erat illud iniustum, non aduersus Cæsaream Maiestatem, vel vllum Imperij Statum, sed tantum ad conseruationem Christianæ veritatis & Pacis & propulsationem iniustæ violentiæ in casu necessariæ defensionis sancitum, vt ipsi Confœderati testantur apud *Chytræum* [l.14. Chron. Sax.] Constabat Protestantibus Carolum V. fœdus in perniciem ipsorum clanculum cum Papa pepigisse, de quo vid. *Hortleder*. [d. Vol.2. l.3. c.3. *Eitel. Frid. von Heerden in der Grundv.* p.336.] Quòd verò Ordines Imperij, si videant Cæsarem in perniciem illorum vigilare, fœderibus se aduersus illum munire queant, rerum Imperij periti vix negabunt. Proceres enim Germaniæ participant iura maiestatis Imperij, adeoque huiusmodi Statuum fœdera non sunt ex nudis terminis naturalis defensionis tantum examinanda. *Carolus V.* Imp. quidem in Proscriptione Electoris Saxoniæ & Landgrauij Hassiæ asseruit, quòd nullo Scripturæ loco Protestantes docere possint, ipsis licere, vt summo magistratui sese quocunque modo opponant; diuersum verò doceri posse, tum Sacris literis, tum probatis historiis. [V. *Sleidan* l.17.] *Videtur* tamen *Elenchus*, *Imperij Statui Politico conueniens*, *hic præteritus*. *Status* enim *Imperij non sunt simpliciter subditi Imperatoris*, *sed Archontes simul*. Iam verò Euangelij doctrina, vt nullas Politias ita nec Germanicæ Reipub. Statum abolet: Christus Dominus ac Seruator noster iubet reddi Tiberio Cæsari [qui tum solus imperitabat] quæ sunt Cæsaris. Quum verò Imperatores Romano-Germanici non soli imperent, sed Imperium hodiernum ex Capite & Membris constet, etiam per consequens Euangelium quoque vult, vt & Capiti & Membris suum cuique tribuatur; id quod etiam per sanctionem Pragmaticam totius Imperij hic in art.8. Instr. Pac. egregiè stabilitum. Iam olim Proceres & Præsules Saxonici ita per Legatos Henrico IV. Imperatori nunciarunt: *Si suum cuique Ordinem*, *suam dignitatem*, *suas leges tutas inuiolatasque manere non pateretur*: *Se iam Sacramenti religione non teneri*, *sed cum ipso bellum gesturos*, *& quoad vltima vitalis caloris scintilla superesset*, *pro Ecclesia Dei*, *pro fide Christiana*, *pro libertate etiam sua dimicaturos*. [*Monach. Herueld.* in Chronic. Histor. German. sub an.1073.] Quæ tamen oratio nimium feruida infelicibus & calamitosis Reipubl. temporibus adscribenda: Ad quæ etiam refero verba Caroli V. dum in sententia

Imperatori ineunt.

Fœderis Smalcaldici iustificatio.

Statuum fœdera iuri Reipublicæ ac libertati Germaniæ innituntur.

Ignorantia Elenchi in iure status reip. commissa.

Status Imperij nō sunt subditi simpliciter tales.

Libertas Germaniæ propugnata.

Fœdus Smalcaldi à Carolo V. exosum. Banni[ap. *Hortleder.*Vol.2.de Bell. German. l.3. cap.16. num.3. & 10.] Smalcaldicum fœdus, quod protestantes defensionis causa inierant, vocat: *Eine vnzimliche vnd im Rechten verbottene* conspiration *vnd Menterey*. Imò Carolo V. hoc fœdus adeò exosum fuit, vt vrbem ipsam, Smalcaldiam propter fœdus ibi factum, solo æquare voluerit. [*Warem. ab Ehrenb.* p.1.de Fœder.cap.2 num.40.] Simile fœdus defensiuum, hoc seculo an. 1631. à Protestantibus Lipsiæ contractum, Ferdinandus II. Imp. vocauit: *Eine schvvere Vnverantvvortliche* resolution *mit dieser andeutung, das er davor hielte das etvvan kein* Exempel *im Reich, das vvegen vnumgänglicher Kriegs* molestien *die Stände des Reichs gleichsam vvider ihren Römischen Kaiser, und dessen* exercitum, *eine Verfassung und Verbundnis gemachet*, vt refert Elector Saxon.in resol.Cæsaris Legatis data Torgæ.d.20. May an. 1632. Status autem illi confœderati conuentum illum hac protestatione præuia,celebrarunt, *Das solche zusammenkunfft vnd Verfassung, gegen den Römischen Kaiser als der Stände hogstes Oberhaubt, mitnichten gemeinet, sondern die Stände vveren vvillig und bereit in dessen schuldigen und gebürlichen Gehorsam, und getrevver* deuotion *standhafft,und ohnausgesezt zu verharren* [*Chemniz* de Bell. Suecic.p. 336.] O vtinam nunquam ea Reip.nostræ tempora redeant, quibus Ordines & membra Imperij aduersus Caput suum coniurare necessum habent!

Fœdus Lipsiense.

Ius indicendorũ tributorum est totius Imperij. V. Vlterius hic in Instrum. Pac.asseritur toti Imperij *ius indicendorum tributorum*. Quod tributa Imperij attinet ante Friderici III. Imp. tempora[tum demum scilicet ingruente vi Turcica] haud reperias temere tributum aliquod pecuniarium fuisse exactum, quia isthac tempestate rarissimus fuit per Germaniam pecuniæ vsus, ac proinde in publicum contribui sine magno damno haut potuit, & olim fuit ea vbertas fisci atque ærarij publici, vt tributo indicto ad necessarios Imperij vsus, non fuerit opus. [Dn. *Conring.*ad Lampad. p.3.cap.14.§.2.) Ius indicendorum tributorum per textum Instrum. Pac.h. ad Comitia vniuersalia Imperij pertinet, vt adeò Dn. *Reinkingij* (l.1.Cl.5.cap 4.num.161.) & aliorum, existimantium collectas generales ab Imperatore solo indici, opinio non sit amplius respicienda. Etiam ante Instrumentum Pacis hoc ius ad Imperij Comitia pertinuisse *Paurmeisterus* (l 1.de Iurisdic. cap.4.num. 40.) docet. (add. *Rec.Imp.Wormat.* de an.1495 in pr.*R.I. Ratisbon. de an.*1532. *§. Vnd damit die Massigung R.I.de an.*1548.*§. Ferner haben vvir.*) Hinc quum an. 1595. Imp. Rudolphus in circulo inferioris & superioris Saxoniæ extra Comitia tributa in bellum Turcicum colligeret, Serenis. Ducum Brunsvicensium & ciuitatis Nordhusi Legati se ita excusarunt: *Das in krafft außtrücklicher instruction und Befehl sie nichts einvvilligen*

In Comitiis indicuntur tributa.

Arcanum Imperatorũ

einvvilligen solten; es vvere dan Sache das solche Hülffe auff gemeiner Reichs-Versamlung bey allen Ständen nach alten Herkommen gesuchet vvürde: Was alsdan in gesambt deliberiret und beschlossen, auff den fall thaten ihre Herrn und Obern sich dahin erbieten vom gemeinen Beschlus sich nicht abzusondern, vt habent verba *Recess. Circuli* Infer. Sax. de dato *Braunschvveig* d. 2. April. an. 1596. Quod ipsum procul dubio ordines Circuli Inferioris Saxoniæ eò promouit, vt Recessui huic clausulam, modum hunc collectandi deinceps non admissum iri, annecterent hisce verbis: *Ist in gemein aus sonderbahren habenden Befehlch geschlossen, und vviederholet das forthin dergleichen keine* extraordinari *und* particular *Vervvilligung von desselben Craises Ständen beschehen solle* (d. Recess.) Quam mentem suam sequenti anno Imperatori apertè significarunt, subsidium, quod flagitabat, hac de causa recusantes: *Weil solche gesuchte defensiv Hülffen nicht vor einzele oder sonderbare Craise, sondern für eine algemeine Reichs-Versamlung, beydes ihrer eigenschafft, sovvol auch dem Herkommen nach ordinarie und* præcisè *gehörten, auch viel vornehme sonderlich der Ober-Reinische und Churfürstl. Crais sich bishero dauon gantzlich entzogen, und noch: Unzvveiffelt darumb vveil es vvieder den alten Brauch und Herkommen im Reich lauffen, und eine nevve gegen der* posteriret *unverantvvortliche Einfürung auff sich tragen thate.* (In literis ad Cæsarem de dato Braunschvveig. d. 7 Mart. an. 1597.) *Matthias* Rudolphi successor, orto iam Bohemico tumultu eandem exigendorum tributorum viam iniit, ab inferioris Saxoniæ Ordinibus postulans: *Einen algemeinen Craistag auszuschreiben, dahin er seine* Commissarien *abfertigen, gemeine Noth einen und andern* proponiren, *und den Crais Standen bedencken lassen vvolle, &c.* (In literis ad Duc. Brunsuic. & Capitul. Magdeb. de dato *Wien* d. 25. Septemb. an. 1618.) Idem Matthias quum an. 1609. ad tuendos regni Hungariæ fines subsidia ab Electore Saxoniæ peteret, res ab illo ad Comitia reiecta fuit, hac ratione: *Es müsse nicht für einen Stand des Reichs allein, sondern vff algemeiner Reichs-Versamlung hierin gehandelt vverden.* (in Literis ad Regem Matthiam de dato *Mersburg.* d. 10. Februar. an. 1609.) Quum an. 1623. in conuentu Ratisbonensi ad tuendos Hungariæ fines contributionem postularet, inter cætera ab Electoribus responsum: *I. Kay. Mai. vvürden ihr nicht zu vvieder seim lassen; dieses an die sambtliche des Reichs Stände durch herkommende beliebige vvege gelangen zu lassen.* (Vid. *Lundorp.* T. 2. lib. 2. c. 154. p. 1075.) Ex Ferdinandi II. Imp. Capitul. [§. *Deßgleichen sie die Chur-Fürsten*, vers. *Ihr. May. solle und vvolle auch.*] apparet circa tributorum indictionem Electores cum Imperatore sibi non pauca arrogasse; quod in Instrum. Pac. h. rursus est immutatum. In

circa tributorum indictionem.

Interest libertatis Germanicæ vt tributa in comitiis indicantur.

Comitiis Electoralibus an. 1630. promisit Ferdinandus II. tributa non amplius ad Wallensteinij nutum, sed in Circulis indici debere, vid. supra p.1. Disc de Ferdinando II.quod idem est, ac si chirurgus vulnus ita sanare velit, vt semper cicatrix remaneat, aspectui valde ingrata. Postea Principes & Status an. 1658. ad Capitul. Leopold. art. 14. tertio loco monuerunt: *Das die nevve auflagen anders nicht als mit Rath vvissen und Vervvilligung der Chur-Fürsten, Fürsten und Stände, und zvvar allein vff Reichs-und auff keinen Kraistagen angestelt.* Dein quinto loco addiderunt: *Das der zukünfftige Röm. Kayser darā sey, damit die resta von denen* legitimo modo *bevvilligten Reichs steuren ehe eine nevve begehret und gesetzt vvird eingetrieben und* (Sextò) *Von dem Reichspfenningmeister iedes mahl vff negstkommenden Reichstag, über die vervvilligte Reichs-Steuren richtige Rechnung gethan vverde.* Septimò monuerunt. *Das kein stand vvelcher* sessionem & votum *vff Reichs* conventen *hat von denen Reichs hülffen und anlagen, &c. sich Befreyungs vveise zu* eximiren, *noch von dem Röm.* Kayser *selbst dergleichen* exemption *zuertheilen, sondern ieder Stand zu Leistung seiner Schuldigkeit durch behörige Mittel angesträngt, auch so lang er solche Reichshülff und anlage nicht* præstiret, *zur* session *und* voto *nicht* admittiret, *vber das auch vvieder solche* contumaces *vermog der* Executions *Ordnung verfahren vverden solle.* Modus collectandi olim in Imperio fuit duplex: *Auf den gemeinen Pfenning und auf den Römerzug*; Prior exoleuit, ab an. 1548. (R.I. de an. 1495. rubr. *Vom gem. Pfenning*) Posterior autem *Römerzug* est, quod olim Status Imperatori transalpizanti (vt *Vrspergensis* loquitur) contribuerunt. Expeditio quidem Romana à tempore Caroli V. expirauit, modus tamen collectandi *vff den Römerzug* remansit. (Vid. Dn. *Myler* de Statib. Imp. c. 97. in tot.) Solvuntur collectæ à Statibus *in den LegStetten Nürnberg, Augspurg, Franckfurt, Leipzig.*

Modus collectandi in Imperio.

VI. Porrò in Instrum. Pac. hic disponitur, quòd solus Imperator noua munimenta intra Statuum ditiones struere, vel vetera præsidiis firmare non debeat: siue sensus Instrumenti Pacis est, quod Imperij nomine munimentum in ditione aliquâ exstruere, vel exstructo præsidium imponere, non, nisi lege comitiis latâ, liceat. In Transactione Pragensi an. 1635. in quinque Superioribus Circulis munita loca suis præsidiis firmandi potestatem sibi expresse reseruauit Ferdinandus II. Imp. §. *Wan auch im Chur-Rheinischen.* Ne hoc solus Imp. in posterum possit, hic in Instrum. Pac. bene prouisum. Sanè si Imperator munimenta Statuum ita absolutè in sua potestate haberet, facilè aureæ libertati illorum frenum iniicere valeret. Hinc Principes & Status de nouo ad *Capitulat. Leopold.*

art.11. septimo loco monuerunt: *Das künfftiger Römischer Kayser in der Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen Lande, ohn der gesambten Stände, insonderheit der* interessirten *vorvvissen und Bevvilligung keine nevve Vestung bane, noch die alten erneuren lasse.* Non autem putandum est, quod sensus Instrumenti Pacis h. is sit, quasi Statibus absque Imperij & Imperatoris consensu munimenta in suis territoriis exstruere non liceat; vtpote quum communi gentium & [hoc casu] territoriali iure liceat Principibus ac Statibus vrbes & arces muris, vallis, ac propugnaculis sæpire, quò facilius se ac sua ab incursione hostili defendere atque tueri possint. (De Themistocle vid. *Corn. Nepot.* in Themist p.65.) Obseruantia Imperij quoque hoc ipsum docet, & id satis confirmat, quod in Instrum. Pac. art.10. §. *Secundo Imperator.* vbi *Regina ac Regno Sueciæ conceditur portum Wismariensem & cætera loca munimentis & præsidiis firmare, eo iure, quod ipsi in cætera sua Imperialia feuda compet*it. Quomodò ergo accipiendum sit illud Caroli V. Imp. apud *Sleidan.* (l. 19. Comm. p. 581.) vbi Landgrauio iniungit, vt nihil imposterum nisi de voluntate Cæsaris muniat, quilibet cordatus facile subodorari poterit.

Statibus licet munimenta in suis territoriis exstruere, atque vt id fiat libertatis German. interest.

DISCVRSVS III.

DE

COMITIORVM FREQVENTIA & Defectibus eorum tollendis.

Ad art.8. Instr. Pac. vers. Habeantur. *verb. Conuentuum defectus.*

MEMBRVM I.

DE

Comitiis Imperij in genere.

Comitia vniuersalia quid sint.

I. COMITIA Imperij sunt vel vniuersalia vel particularia. *Comitia vniuersalia,* (*Reichstäge*) sunt Imperatoris, Electorum, Principum & reliquorum Imperij Statuum ad deliberandum de bono publico instituti conuentus. De particularibus iam supra (*part.2. Disc.de Deputationis cõuentu*) maxima ex parte vidimus: Præter deputationis autem conuentus, particularia quoque in Imperio Comitia sunt: *die Wahltage, Churfürstentage, Craistage.* De conuentu Electorum ad eligendum Imperatorem videri potest A.Bull.& Dd.qui ad eam scripserunt (add.Dis. p.1.de Electione Imperatoris & Electoribus.) Quod *conuentus Electorales* attinet, priuilegium illud Electoribus vigore A.B.tit.12. competit, vt etiam de magnis Imperij negotiis conuentus, etiam à Cæsare non indictos, possint celebrare. Rarò tamen de illis quidem negotiis Electorales conuentus sunt instituti, donec demum *Ferdinandus II.* Cæsar, vim pæne omnem comitiorum vniuersalium ad conuentus hosce

Comitia particularia.

Churfürstlentage. Libertatis Electoralis interesse.

Electorales studuit transferre. Et verò (censente Dn. *Conringio*) id si fiat, Respub. Imperij, quæ ex Statu Aristocratico & Regio mixta est, constitueretur ex Monarchico & Oligarchico statu, quem deinde in pure Monarchicum mutare, omni mistione è medio sublata, non multum difficile fuerit. (Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. cap. 8. §. 22.) Per instrumentum pacis (art. 8. §. *Gaudeant.* §. *Habeantur*) iterum autoritati vniuersalium comitiorum rursus satis cautum, vt hodie quidem de magnis Imperij negotiis Electorali Collegio non liceat quicquam decernere, etsi præconsultare ipsis de talibus negotiis non sit vetitum. Sanè in immensum ampliaretur autoritas Collegij Electoralis, si ea negotia quæ omnes Imperij Status tangunt, ipsius arbitrio & decisioni solùm relinquantur; qualem potestatem ipsi Eminentiss. & Sereniss. Dnn. Electores sibi neutiquam arrogant. Vnde Electores & Legati absentium in Comitiis Electoralibus Ratisb. an. 1630. palam testati: *Worzu aller Ständ Hülff und Beystand vonnöten, darüber müssen dieselben auch billig gehöret werden. Rudolphus II.* Imp. à fratre Matthia regnis & ditionibus exutus, quum in Electorali conuentu an. 1611. Noribergæ habito, sumptus ad sustinendam Imperatoriam dignitatem postularet, Electores rem ad vniuersos Ordines rejecerunt, *Solches hohe Begehren were bey des Reichs Churfürsten allein nicht zuerheben, sondern bey aller Stände* resolution *stehen.* (*Respons. Elector.* ad Imperatoris Proposit. de dato 17. Sept. an. 1611.) Hinc *Matthias* Imp. in Proposit. in Comitiis an. 1613. habita ita: *Sachen so das ganze Reich angehen, und von I. Kay. Maj. mit aller Chur-Fürsten und Stände guten Rath abgehandelt werden sollen, können füglich nicht als bey einem algemeinen Reichstag erötert werden.* Id ipsum quoque Saxonici Legati in conuentu Fuldæ an. 1606. habito agnouerunt: *Wie Vngarischen wesen, Niederland und iustizwesen zuhelffen, gehöre nicht für Churfürsten allein, sondern vor das ganze Reich* [*Lundorp.* T. 2. act. publ. l. 2. Tr. 5. p. 536.] *Conuentuum* porrò *Circularium* non est vilis authoritas, non tamen vsque adeò sui momento valitura, vt illa, quæ pertinent ad negotia vniuersi Imperij, liceat aliter in istis Conventibus regionum constituere, quam est consentaneum Imperij publicis legibus. Quod si tamen seorsim regioni alicui immineat quicquam mali, neque ab vniuerso Imperij corpore remedium facilè queat expectari, licet singulis regionibus prospicere rebus suis, quo ipso aliquid maiestatis exerceri, certissimum est. (Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. cap. 8. §. 23.) Notandum hic porrò ante Pacem Religiosam & hanc Westphalicam Principes Protestantes præcipuè ad se suáque defendenda plurimos conuentus instituisse, quales superiori & hoc seculo fuerunt, Protestantium *Smalcaldiæ*, vnitorum *Halæ*

Arcanum Ferd. Attentatũ Ferd. II. cõtra statum Reip.

Interest Imperij ne vis Comitiorum vniuersaliũ transferatur ad conuẽtus Electorales.

Electores cõmune Imperij interesse promouent

Conuentus circulares.

Interesse circulorum.

Conuentus mixti der

Evangelische Chur-vnd Fürsten. Interesse Libertatis Statuum Imperij.

Sueuorum primùm, dein *Norimbergæ*, post *Rotenburgi* ad Tubarum; quamquam illos ægre tulerit Matthias Imp. Quum an. 1630. Elector Saxoniæ ad Ferdinandum Cæsarem scripsisset: Se religionis suæ socios more maiorum euocaturum, vt qua ratione pax publica promoueri possit, inter se consilia communicent; Rescripsit Cæsar: Rectius facturum si Ratisbonam ad se & cæteros Electores, excurreret, atque ibi de Repub. conferret. [*Brachel.* l.4. Hist.] Atque inde Cæsar Electori infensus Tillium in Saxoniam immisit ac crabrones, facie non velata, hoc modo irritauit. Tales conuentus etiam Catholici instituerunt.

Autores qui de Comitiis Imperij consulendi.

II. De conuentibus & Comitiis veterum Germanorum vid. *Tacit.* [de M. Germ. cap. 11.] & Dn. *Conring.* [in Dissert. de ciuibus & vrbibus Imperij.] De hodiernis Comitiis, déque eorum personis coëuntibus & consultantibus, de modo coëundi & consultandi, & de negotiis in comitiorum deliberationem venientibus, vid. *Autor des Ausführlichen Berichts wie es vf Reichstagen pflegt herzugehen, Arumaus* & *Bertram* in tract. de Comitiis, *Ioh. Staricij* Comitiorum fidus Achates, *Autor Comitiologia Ratisbonensis* de an. 1654. &, qui omnium optimè hanc rem ad præsens seculum tractat, Dn. *Eitel Friderich von Heerden in der Grundveste des H. Röm. Reichs.* cui iunge *Sprengerum in Lucernâ & Ellychniis Imperij*, qui nouissima circa hanc rem tradunt.

Cæsar in Comitiis nō habet plenitudinem potestatis. Interesse Statuum in Comitiis.

In hisce Comitiis si Ordines non conueniant cum Cæsaris sententia, Imperator non potest ex *plenitudine potestatis* [*vt Icti cum Bartolo Romanizantes loquuntur*] quicquam statuere, neque si Status conuenire inuicem non possint, Cæsar decidendi potestatem habet, quamuis eam Ferdinandus I. Imp. in comitiis August. an. 1555. ex Catholicorum Ordinum instinctu (Protestantibus tamen contradicentibus) sibi sumpserit. *(Vid. supra part. 2. Disc. vom Geistl. Vorbehalt.)* Certè si illa potestas Cæsari concederetur, haberet ille quasi in manibus omnem comitiorum vim & autoritatem, & non nisi dicis gratia Imperij conuentus instituerentur.

Imperator cum consensu Electorū inducit Comitia.

Comitia vniuersalia indicit Imperator cum consensu Electorum. [Vid. *Reformat. Friderici III. Imp. an.* 1442. in princ.] Hinc *Rudolphus II.* Imp. ad Principum Electorum, Norimbergæ congregatorum, Legatos [*in Responso de dato. Prag.* d. 23. Sept. an. 1611.] verb. *Sondern entweder zu Ausschreibung eines newen Reichstag, der consens dem herkommen nach erlanget, oder da sie* [*die Churfürsten*] *es für guth ansehen würden der jüngst verschobene wieder* reassumire: *werden müste.* [Vid. Nouiss. *Capitul. Ferdin. IV.* art. 14. & Leopold. art. 17. vbi id singulare est: *Das die iezt regierende Kay. May. auch der zeit, und Mahlstatt halben mit den Sieben Churfürsten zuvergleichen sich verpflichtet*, quod in anterioribus Capitulationibus

reperire non est. Possunt etiam Electores Imperatorem admonere de habendis Comitiis, si vsus Imperij videatur exigere. [Vid. R. I. de an. 1555. §. *Vnd so abermahls*. & d. textib. Capit.] Indictio illa non fit generali aliquo Edicto, sed per literas inuitatorias, quæ ferè per semestre spatium antecedunt comitia, quò Ordines προβουλὴν cōmodius in Circularibus conuentibus instituere possint. Hæc Germanici Imperij Comitia arguunt insignem Germanicorum Procerum libertatem. Vnde *Politicus quidam Comitia nominat conuentus gentium liberarum, in ipsa summa potestate inter se concurrentium.* Celebris & cedro digna in hanc rem est vox Hassiæ Landgrauij: *Die Teutsche* nation *sey ein frey Reich, vnd billich das freyeste vff der vvelt zu nennen.* Quin & Maximilianus I. Imp. in Comitiis Constantiens. an. 1507. aduersus Papæ Legatum inter alia hisce verbis vsus: *Es lege des Röm. Reich Maiestet vnd Herlichkeit nicht so vvol am Kayser als an denen Fürsten.* (*Grundvest. des Reichs. p. 11.*)

Interesse libertatis Germ. Comitia indicant Germaniæ libertatem.

Germania Libera Respub.

Nota dictū Maxim. Cæsaris.

MEMBRVM II.

De frequentia Comitiorum Imperij.

III. EX Francorum historia patet, tempore etiam Caroli M. quotannis conuentum Populi vniuersalem celebratum esse, & quidem plerumque circa festum Paschatis. Et verò hoc ipsum plurimum iuuit ad Rempub. Aristocraticè vel Democraticè saltem ex parte gubernandam. Vnde quo Comitiorum numerus minus est frequens, eò minus libertati cautum est. [Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. c. 8. §. 2.] Vt comitia in Germania frequenter habeantur Reip. Imperij omnino interest, quum illud ipsum intrinseca Imperij conditio, mixtam scil. naturam sapientis, omnino requirat: Hinc in Rec. Imp. de an. 1495. statutum singulis annis comitia spatio vnius mensis circumscripta haberi debere. Tit. *Das ein Reichstag nicht über einen Monatt*, &c. Euangelici Ordines in Conuentu Pacis Osnabrugo-Monaster. raritatem Comitiorum Vniuersalium inter grauamina sua retulerunt hisce verbis: *Es halten der Fürsten vnd Stände anvvesende Räthe, Bottschafften vnd Gesandten dafür, das zu* cumulirung *angeregter Beschvverden nicht geringen Vorschub vnd Anlas gegeben habe, die vor letzt gehaltenem Regenspurgischen Reichstage vieliahrige Vnterlassungen der allgemeinen Reichs-conuenten, ohn vvelche der gemeine Fried, Ruhe vnd vvolfarth im H. Röm. Reich [vvie die formalia des Reichs Ab-*

Interest Imperij frequēter haberi Comitia.

Grauamen Protestantiū de raritate Comitiorū.

schieds de an. 1555. §. und aber, &c. lauten] *nicht erhalten und befördert vverden kan: Zumahln vveil in einem grossen Reich nicht vvol müglich ist, das nicht allerhand Misbräuch, Irrung, und Gebrechen nach, vnd nach einschleichen, denen in zeiten remedirt, und ersprieslich vorgebavvet vverden muß, vermeinen derovvegen algemeinen vvolstande dienstlich zu sein, das hinfuro alle drey Iahr ordinari und darzvvischen so offt es des Reichs eilende Notwrfft erheischen möchte, eine algemeine Reichs Versamlung von der Röm. Kayserl. May. Wie herkommens ausgeschrieben, kein Stand darbey vmbgangen, und selbige, auch ander conuentus aller Müglichkeit nach beschleüniget, und auffs längste vff ein viertel Iahr geendiget vverden könte.* (*Theat. Europæ.* T. 5. p. 1051.)

Interesse Imperij quoad Comitia.

Hic in Instr. Pacis cautum est de tempore celebrandorum Comitiorum vniuersalium, nempe intra sex menses à conclusa Pace; postea verò quando necessitas & vtilitas Reipub. hoc ipsum exigit. Vnde apparet non esse in liberrimo arbitratu Cæsaris, tempus indicendorum comitiorum. In præced. verò *§. gaudeant*, &c. constitutum, quæ negotia in solis Imperij Comitiis definiri debeant; Vnde liquet quandonam publica vtilitas & necessitas conuentum vniuersalem expostulet. [Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. c. 8. §. 2.] De incommodis intermissionis Comitiorum pulchrè ita Dn. *Heerden: Man hat sich nicht zuvervvundern vvoher das H. R. Reich in die so lang gevvehrete hochvverderbliche innerliche Kriegs vnruhe, und daraus entspringenden vnsäglichen Iammer gerathen. Den als es sich ansehen liesse, das die löbliche mixtur oder harmonie des Reichsstaats aus ihrem alten stande, guten theils verrückt, und zubesorgen es möchte endlich ein gäntzlicher Vntergang oder Veranderung des Regiments vveil nicht allein die vermög Reichs absch.* de an. 1495. *und* 1512. *offtere und jährliche haltung derer Reichstage nachgeblieben, &c. erfolgen. So hat es endlich keinen andern Ausgang erreichen und gevvinnen mögen:* (Vid. plur. Aut. cit. *in der Grund V.* p. 5. 6.) Idem p. 25. ita: *Soll nun ein gesambter Rath und gemeiner Schlus vorgehen, mus man nothvvendig zusammen kommen, und sich hierunter gebürend vereinigen, vviedrigen fals aber vvird vnter diesen beyden gevvißlich eins erfolgen, das entvveder die gemeine vvollfarth ganz hindangesetzt, und alles gehen gelassen vverde vvie es gehet, oder das einer allein oder ezliche Wenige vornehmen, verordnen vnd zvvuerck richten, vvas von allen ingesambt hette geschehen sollen, Iones ziehet den eussersten Vntergang augenscheinlich nach sich, dieses hingegen gibt die* iura Reipub. *so allen Ständen gemein, nur einem oder Ihrer vveinigen in die hande, vvelches vvo nicht eine gänzliche Verenderung des* status *vnd auflosung der heilsamen* harmonie, *jedoch zum Weinigsten allerhand* jalousie, *Argvvohn vnd schädliches Mißtravven*

Tempus celebrandorũ comitiorum.

Incommoda Imperij vnde resultent.

Imperij status est et esset Monarchico Oligarchicus.

bey

bey denen übrigen Mit-Ständen verursachet vnd zuwegenbringt. Hæc ille. In *Capitulat. Leopold.* art. 17. quidem extat: *Das die Churfürsten, vnd andere des H. Reichs stände mit Reichstagen, vnno türfftiglich nicht zubeladen*; cuius ratio est, immensitas sumptuum qui ad comitia requiruntur: & hic textus in effectu quidem conspirat cum Instr. Pacis: Priusquam tamen hac in re per pragmaticam sanctionem non determinabitur certum tempus vel biennij vel triennij (vt vult Dn. *Heerden*, cum quo confer. D. *Textor* de Rat. Stat. Germ. p. 308. &c.) vix intentio Instrumenti Pacis obtineri poterit, quum non defuturæ sint exceptiones & dispositiones super necessitatis istius articulis. Vnde an. 1658. Principum & Statuum Legati ante Capit. Leopoldinæ conceptionem tale monitum Electorali Collegio insinuarunt: *Das der zukünfftige Röm. Kayser zum wenigsten alle sechs Iahr, vnd sonsten so offt es die Notturfft, Sicherheit vnd Ruhestand des Reichs erfordert, mit wissen vnd willen derer Churfürsten einen algemeinen Reichstag innerhalb des H. Reichs ohn aufffchub vnd verlängerung ausschreiben vnd halten solte.* Et hoc vt fiat apprimè libertatis Germanicæ interest, imò necessarium, si, cum Imperatore Lothario, bonum statum ac dignitatem Imperii priuatis commodis anteferre velimus. Dn. de *Monzambano* [c. 5. de Stat. Imp. Germ.] testatur quòd iudicent aliqui, expedire ordinum libertati, si certum intra tempus, puta singulis trienniis comitia celebrarentur: vbi tamen necessarium foret, tarda negotiorum molimina, nec minus ingentes sumptus in compendium redigere [Vid. Dn. *Textor* de Rat. Germ. p. 346. & seqq.]

Interest Imperii, vt certum tempus habēdorum comitiorum definiatur.

MEMBRVM III.

De Defectibus Comitiorum emendandis.

IV. DE Comitiorum defectibus passim querelæ mouentur, nec tamen hactenus remedium quæsitum. Celebrantur passim hæc & alia dicteria: *Semper conuenire Germanos & nunquam conuenire: Germanorum diætas esse fecundas, & quamuis in ventre habere aliam, ac credibile esse quia fœmininum nomen sit libenter impregnari ac parturire. Gallus* quidam dixit, *Germanos in Comitiis plus intentos de collocandis lumbis, quàm rerum summis*: Quin & *Albanus* acta publica audiens, ac ex iis, quod Germani iterum indixerint *einen Reichstag,*

percipiens Hispanicâ superbiâ intumescens, quæsivit: *Ob es bey den Teutschen immersort tag vnd gahr Keine Nacht habe? Woher sie dan zeit nehmen ihre reusche ausʒuschlaffen?* vt refert *Aut.Comitiol.Ratisbon.* Cæterum exterorum illorum iudicia de Comitiis Imperii non magnopere curanda, quum supra satis ostensum sit quòd frequentia Comitiorum Imperio summè prosit, vnde illa exterorum dicteria potius de comitiorum defectibus intelligenda, & accipienda erant. Comitia moderna sic depingit Dn. *Peller.* (in Politico Scelerato denuò impugnato p.134.)

Defectus Comitiorum.

Nota schema defectuũ Comitiorũ.

IN PROTESTANDO CONVENIMVS
CONVENIENDO COMPETIMVS
COMPETENDO CONSVLIMVS
CONSVLTANDO CONFVNDIMVS
IN CONFVSIONE CONCLVDIMVS
CONCLVSA REIICIMVS
ET SALVTEM PATRIÆ CONSIDERAMVS
PER CONSILIA LENTA, VIOLENTA, VINOLENTA.

De Comitiis habendis eorumque Defectibus, in proximis post conclusam Pacem, comitiis [quæ debebant intra sex menses à die confectæ Pacis haberi, sed ob difficultatem Executionis Pacis ante an. 1653. haberi non potuerunt, vt asseritur in Propositione Cæsar. illorum Comitiorum] tollendis, hoc modo *Status Circuli Infer. Saxon.* in Recessu Lyneburgici conventus, an.1652. instituto, differunt: *Man hat sich erinnert das für iüngsten Reichstag eine geraume zeit kein Reichs sondern nur Collegial Tage gehalten, vnd dergestalt das* moderamen Imperii (Nota egregium terminum) *fur I. Kay. May. vnd. das Chur-Fürstl. Collegium geʒogen vuorden, vuelches billich zu andern, vnd (vuie auch zu Osnabruck albereits im Vorschlage gevuesen, darhin einzurichten, das in gevuisser zeit als etvua alle drey Iahr, oder vuan ein Reichstag soll ausgeschrieben vnd gehalten vuerden; es gibt sonsten Zuvueilen der zvuischen etzlichen hohen Fürstl. Heüsern eine geraume zeit hero bestandene* præcedenz *Streitmis, vnd vuere dahero vuollgethan, vuen ein Mittel zu dessen Vergleich, oder endlicher Erörterung kònte gefunden vuerden.* (*Contin. Theat. Europæ.* ad an. 1656. p. 305.) *Præter controversias præcedentiæ, inter Comitiorum defectus quoque* referunt Principes & Status, quòd in Deputationis conuentibus Electores separatam curiam instituant (Vid. supra part. 2. Disc. 17. n. 8.) *Porro inter tales defectus est*, quòd Cæsar morosè Propositionem instituit, quæ in Comitijs de an. 1653. ad semestre spatium dilata; Nec tantùm

NB. Interesse Statuum cõtra Electores.

Interest Imperii vt tollantur controversi de præcedentijs.

tardè *Propositio* Statibus insinuatur, sed etiam *eius puncta lento gradu in deliberationem veniunt*, quum tamen, vti publica vtilitas desiderat, vt indictis statuto tempore Comitiis Cæsar & Ordines vel eorundem Legati, quantocyus conueniant, sic ad eundem scopum spectet, vt iam congregatis ipsis, publicæ deliberationes non diu nimis extrahantur ac protelentur. Omnino enim grauitas materiarum tractandarum efficit, ne diu iacere debeant nec decisæ, sed vt communi opera collaboretur, quò debitum mature nanciscantur exitum. *Duo hactenus in longum extraxerunt Imperii Comitia* 1. Quod Ordines Imperii tardiusculè conuenirent, iam olim notauit hoc vitium in Germanis *Tacitus*, quando ait: *Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec iussi conueniunt, sed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium consumitur.* (de M. G.c.11.) De Cæsare, & Landgrauio Hassiæ vid. *Sleidan.* pag. 500. 501. 2. Quòd deinceps variis circa præliminaria & Ordinem tractandi motis disputationibus tempus tereretur: *Quibus tertio loco addi potest*, quòd pro re nata, semel placita deinceps displicere ac reiici interdum solita fuerint. *Inter defectus* porrò *comitiorum est luxus sumptuum Comitialium*, qui sanè cum publico detrimento non parum est coniunctus. Hæ enim expensæ magna ex parte redundant, in pauperes Germaniæ incolas, qui ita facilè possunt eneruari atque exhauriri. Consultum itaque foret publicâ lege statui, vt quisque statuum, pro diuersitate dignitatis & conditionis, certo comitatus numero ad Comitia compareat, idemque in aliis obseruari posset. (Vid.Dn. *Textor.* Tr. cit. p. 348. 349. Dn. *Heerden* Tr.cit.p.31.32.) Idem *Heerden* ita pag.30. *Anreichend die Vnerschwinglichkeit der Kosten, welche denen Ständen die Beschickung der Reichstag verdriesslich machen, so möchten solche leichtlich zuvermeiden sein, wen man zu rechter vnd bestimbter zeit allerseits sich gebürend einstellete, mit der* Proposition *nach Inhalt des Kayserl. Aussschriebens sobalden verführe, allen verzug vnd Hindernifs derer* deliberationen *aus dem wege reumete, vnd die Stände nicht vergeblich vnd ohne Nuzen, vnter allerhand Vorwand, lange zeit aufhielte sondern dergestalt die Sachen beschleunigte, damit wo ia nicht in einem Monat, wie vor alters, doch in zweyen oder drey zum Längsten der ganze Reichstag zu Ende kähme.* Secus si fiat (pergit idem p.31.) *were kein Wunder, wen auch* libertatis amantissimus Imperii Status *aus verdrufs vnd Vnwillen sich vor den Reichstagen fürchtete. Pertinet* (monente Politico) *ad instituta Monarchica, Ciues à publicis Consultationibus his artibus arcere, vt si sint tenuioris aut mediocris fortunæ, ipsis, dum à familia absunt, nulla præmia, stipendia, aut sumptus, quibus dum publicis consultationibus adsunt, viuere possint, præbeantur, sed & tempus consultationum ita*

Interest Imperii vt deliberationes in Comitiis maturentur.

Interest vt Status vocati ad Comitia ocius citius compareant.

Quod semel placuit amplius displicere non potest.

Interest vt luxuria in Comitiis tollatur.

Status Imperii libertatis amantissimus.

Arcanum circa comitia.

ita trahatur, vt etiam ditiores & tædio victi, aut quod per multos menses à rebus suis abesse nolint, neque fortassis poßint, è Comitiis discedant. Hæc ille. Dn. de *Monzambano* (c. 5. de Stat. Imp. Germ. §. 24.) ait, suspicari nonnullos, moras istas & impensas è re Cæsaris esse, vt earundem tædio fessi Ordines à Comitiis abhorrere incipiant; quæ alias libertatis seruandæ efficacissima media creduntur. Idem aliud arcanum Cæsaris circa Propositionem tradit, quod apud ipsum videri poterit. Vt concludam hunc Discursum: *summopere necessarium & apprime Reipub. Imperii intereſt, vt defectus Comitiorum hactenus enumerati, ante omnia corrigantur & emendentur*, quò Comitia eò melius in salutem Imperii vergant, dies rerum verbis inutiliter non terantur, immensis sumptibus parcatur, & ita summa rerum non ad paucos, sed ad omnes iterum deuoluatur.

Arcana Cæsaris circa Comitia.

Intereſt Imperii vt defectus Comitiorum emendantur.

DISCVRSVS IV.

DE

ELECTIONE ROMANORVM REGIS.

Ad art. 8. Instr. Pac. vers. Habeantur verb. Rom. Regis.

Regis Romanorum definitio.

I. REX *Romanorum* est Princeps viuo Imperatore electus, vt Imperatore absente vel alias impedito Imperium regat, & mortuo sine noua electione in Cæsaream dignitatem succedat. [V. R. I. de an. 1641. §. *Vnd damit die zeit. Ord. Cam.* de an. 1555. p. 1. t. 1. §. *Nemlich vvollen die.* R. I. de an. 1557. §. 1. ibi: *Haben vvir im Nahmen.* De *Transactione Suinfurtensi* circa electionem Romanorum Regis Vid. *Sleidan.* l. 8. Comm. add. *Capitul. Ferdin. IV.* art. 47.]

Origo Regum Rom.

II. *Vt autem viuenti successor destinetur cautum primum fuit Capitulat. Imp. Matthiæ* (art. 35.) Repetitum hoc in Capitulat. Ferdin. II. [art. 34.]

[art.34.] Item Ferdin. III. (art.38.) Occasionē ferendæ legis de inuito etiam Cæsari dando successore dedit dissidium, quod fuit inter fratres Rudolphum II. & Matthiam, qui inuito fratre viuo successor fuit obtrusus in regno Hungariæ & Bohemiæ. Dn. *Conringius* [ad Lampad. p. 3. cap. 2. § 6.] putat illam legem non inutiliter esse latam, vtpote quū intersit Reip. successionem certam habere. Carolus M. viuus constituit filium Ludouicum Pium. Hic Lotharium; Hic Ludouicum *II.* Henricus auceps filium Ottonem M. & hic Ottonem *II.* viui successores declararunt. Idem obseruatum circa Henricum III. IV. V. Friderico I. viuo in Cæsarem electus Henricus VI. & hoc viuo Fridericus *II.* etsi res successu caruerit. Similiter Friderico *II.* viuo Conradus filius fuit electus. Ex eo tempore rarius hoc contigit. Postmodum Fridericus *III.* Maximilianum I. curauit inaugurari: Fecit idem circa Ferdinandum I. fratrem Carolus V. Ferdinandus etiam fecit inaugurari filium Maximilianum *II.* & hic Rudolphum. Similiter Ferdinando *II.* viuo electus & coronatus fuit Ferdinandus *III.* & hoc viuo Ferdinandus IV. *Qui ante Carolum Crassum* [seculo IX.] *viuis Parentibus ita creati fuere statim in Imperatorium nomen assumpti sunt: Sequenti verò tempestate tantum vel nudi Reges, vel addito nomine Romanorum dicti sunt.* (Dn. *Conring.* l. c. ad §. 13.) Sunt qui etiam hodie existimant, non esse è re imperij, vt viuo adhuc Imperatore, successor designetur, idque eo obtentu, quòd videatur libertati Principum & Electorum minus bene consuli. Ex aduerso tamen Dn. *Conring.* (l. cit.) Reipubl. id putat esse perutile, quòd cum aliis regnis, tum cumprimis electitiis, nimia eligendi libertas, propter partium studia, summè sit noxia. O Polonia quod hodie is ces & peris, debes huic pesti? *Etsi verò cautum sit in A. B* [perg. idem laudatissimus Autor] *vt durante interregno à duobus Vicariis Respub. administretur, facile tamen apparet, momentaneam illam (vt ita dicam) dignitatem non pollere isthac autoritate, quæ tam vasto Imperio regendo par sit; Et proinde Vicariatu illo duplici prohiberi non posse, quo minus durante interregno Imperium dissidiis & motibus ciuilibus, potissimum autem externis armis sit expositum. Solere maiorem esse eligendi libertatem, si quando is, qui hactenus rebus præfuit, sit mortuus, testatur experientia in omnibus planè electitiis Principatibus tum sacris tum profanis: At verò non quælibet libertas prodest Reipubl. imò interest salutis publicæ, ne libertas in licentiam degeneret, atque ita Respub. per libertatem capiat aliquid detrimenti, &c. Satis profectò veræ libertati Reipub. cautum est, modò electio libera instituatur, etsi illa fiat viuo Imperatore.* Hactenus *Conringius* [ad Lampad. l. cit. §. 15.) Superiori seculo vehementer disputatum, an Regem Rom. liceat eligere, Imperatore adhuc viuente.

An intersit Imperij Romanorum Reg. electio;

Interesse libertatis Germ.

Nimia eligendi libertas Germaniæ nocet.

[Vid. *Sleidan.*l.7.8.& 9. Dn *Strauch.* Diss.10.num.10.]Sed omnis Electoris Saxoniæ disputatio finem accepit *transactione Cadamica*, & Capitulationibus modernorum Imperatorum, quibus cauetur: *vvir sollen und vvollen die Chur-Fürsten zu ieglicher Zeit bey Ihrer freyen vvahl eines Römischen Königs, dieselbig so offt sie es dem H. Reich notvvendig und nuzlich finden, auch bey Lebzeiten eines Römischen Kaysers, mit und ohn eines Regierenden Kaysers* consens *vorzunehmen.* Quænam autem sint causæ iustæ, vt citra Imperatoris consensum Rex Romanorum ab Electoribus possit eligi, id D. *Dieterich.* [ad tit. 1.A.B.] ad arcana Imperij refert, neque suum judicium interponere vult. Minimè verò ambigendum esse ait Dnn. Electores pro fide, qua imperio obstricti sunt, cuncta pro casu obueniente acturos esse ad Reipub. Germaniæ decus, commodum ac incrementum. Quid verò iuxta Instrum.Pac.art.8.h. ex vnanimi Statuum consensu de Electione Regum Romanorum certius aliquando haberi possit, aut debeat, expectandum æquis mentibus erit, D.*Dieterich.* l. c. ad verb. *Emerseris.* Ego sanè optarem omnes hosce nodos, qui hic Instrum.Pac. recensentur, non quidem Alexandrino gladio, sed maturis deliberationibus jam esse solutos. *Inprimis* enim *danda erit opera, ne dum deliberant Germani, pereat Saguntus*, quod jam tum in conuentu Pacis [Osnab..Mon.] Comes *Seruientius* de Germanis jactitauit, vt *supra part.*1. *Disc.de Negotio Pacis* tradidi. Verum quidem est, dandum esse sancto Senatui spatium: Bona consilia morâ valescere: [*Tacit.*l.1. Hist.cap.32.l.2. Ann.cap.39.] Consilium præceps non rarò sequi pœnitentiam: Deliberandum esse diu, quod statuendum est semel, quum omnia non properanti clara certáque sint: festinatio verò improuida sit & cæca, (*Liuius.* l.22. cap.39.) & canis nimium festinans cæcos pariat catulos. Cæterum inutili cunctatione agendi tempora consultando consumere minimè par est, quum dies rerum verbis non sint terendi (*Tacit.*l.3.Hist.cap.50.(Et profectò Germaniæ nostræ nihil magis nocet, quàm nimia in consultando tarditas siue cunctatio, quam barbaro quidem, apta tamen vocabulo irresolutionem vocare quis posset: Vt proinde nihil magis Reip.nostræ expediat, quàm vt omnia magna negotia centoculo Argo in Comitiis spatio inter tarditatem & celeritatem medio; exitus verò Briareo cum centum manibus suis committantur. Celeritas etenim quæ consultis facta iungit prudentiæ filia, fortunam non tentat, sed demeretur: neque promptior actu, quàm solertior consilio nihil casui fortuito credit, sed deliberatis viget rationibus. [Dn. *Boecler.* ad Cornel.Nepot.pag.82.] Hispani tardi quidem sunt in consulendo, sed in factis felices, vt *Iacobus Bongarsius*, Legatus Galliæ Regis rectè dixerit: Naturam & Hispanos

Causa eligendi Romanorum Regis ad arcana Imperii referuntur.

Lenta consultationes nocent Germaniæ.

An lentè an verò subito consultandum.

Imperij interesse quoad Comitiorum consilia.

Hispanorũ consilia.

nihil [referente *Zinckgreffio*] facere frustra. Vtinam & illud ad Germanos nostros accommodari posset! Carolus V.Imp. dicere solitus est: *Cunctationem animam consilii esse; celeritatem executionis: Vtramque simul iunctam esse quintam essentiam boni Principis.* [*Sansouin.* dedicat. & fact. Caroli V. *Piecart.* Dec.18.cap.6.obs.Hist.Pol.] Id inprimis autem in negotio de Electione Romanorum Regis cauendum non vulgares homines tradunt, ne sub prætextu huiuscemodi Electionis Imperatores successionem hereditariam affectent. Tectum de hac re consilium vid. ap. Lundorp. T.1.act.publ.l.2.cap.1. Add. *Berenici* Epist. de Comit. Electoral. de an. 1630. p.168. Quum hic punctus de Electione Rom. Regis in Instrum. Pac. artic. 8. sit ad proxima Comitia remissus, ideo an. 1652. Lynæburgi *Ordines Circuli Infer. Saxon.* ita hac de re in προβουλία: *Dievveil an Ervvehlung eines Römischen Königs den sambtlichen Ständen hoch angelegen, damit das Römische Reich in seiner* form *und* Legibus fundamentalibus *unverrückt bleibe, so ist nicht unbillig, vvan bey Lebzeiten eines Röm. Kaysers ein Röm König zu vvehlen, das dessen Vrsach sämtlichen Ständen eröffnet, und mit Ihnen zu Rathe gestellet vverde.* [*Contin. Theat. Europæ.* ad an. 1652. p.306.]

Arcanum Imp. circa electionem Rom. Reg.

Interesse Imperii ratione Elect. Rom. R. contra Electores.

DISCVRSVS V.

DE

PERPETVA CAPITVLATIONE CONDENDA.

Ad §.8. *Instr. Pac. vers. Habeantur. verb. Capitulatione.*

I. OLIM Capitulationes erant leges Cæsarum publicæ [*Vid. Capitulare Caroli M. de Villis suis* à Dn. Conringio editum.] *Hodie* verò *Capitulatio est Lex Germanorum Regia, qua in Imperium Imperatorem designatum certis conditionibus defertur.* Ab antiquissimis Imperij temporibus [extincta Carolinâ familiâ, quum Imperium fieret

Capitulatio quid.

Origo Capitulationum.

electitium) non nisi in vniuersum & in paucis isto modo cum Regibus Germ. fuit pactum siue capitulatum nempe de colendo Deo, tuenda religione, & de iustitia cuique tribuenda. A temporibus verò Caroli V. creuit numerus illarum legum, & plurima singulatim sunt definita, ne ille plus vltra tenderet & Monarchiam in Imperio affectaret ac ita alio modo sibi Germaniam gubernandam, quàm reliquas ditiones, nosset. Ab eo tempore in qualibet electione nouæ leges capitulares fuerunt ortæ, vt que recentior est quæque Capitulatio, eò etiam plura & strictiora videatur habere capitula. Cæterum vsus in genere docet per leges & capitulationes ab eligentibus nimia licentia propositas, vim & autoritatem regnorum & Principatuum tantùm non omnem periisse. Et verò, multùm autoritatis sibi sumpserunt Electores ausi iam à temporibus Caroli V. inconsultis omnibus Imperij reliquis Ordinibus nouas atque hactenus non vsitatas leges, quas appellant Capitulatorias, eligendis Imperatoribus præscribere. Imò verò tacito silentio omnium Ordinum (nec enim tanto temporis spatio ab Ordinibus vnquam fuit contradictum) hæc ab Electoribus sumpta potestas videtur fuisse confirmata. Quia autem hoc visum fuit coniunctum cum magno detrimento Reipub. Hinc Instrum. Pac. h. disertè cautum, vt in posterum perpetua & certa Capitulationis forma consensu Ordinum in plenis Comitiis conderetur, vtpote, quum ad omnes Ordines, non verò ad solos Electores, pertineat, vt legum talium obseruatio constituatur. Hoc verò Instrumentum Pacis quum in leges Publicas Imperij receptum, facilè apparet non amplius, quemadmodum antehac, solùm in arbitrio Electorum collocatum esse, mutare, aut verò nouos ritus condere ad Electionem pertinentes (V. Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. cap. 2. §. 6. §. 15. §. 24.) Et licèt hic punctus in Comitiis de an. 1653. 54. expediri nondum potuerit, tamen spes est & hoc tandem negotium salutari exitu in Comitiis conclusum iri. Capitulationis autem præscribendæ facultatem Electores sine dubio sibi sub prætextu Electionis arrogarunt, quod ipsum tamen cum ingenti reliquorum Imperii Statuum detrimento fuit coniunctum. Quum enim Capitulatio hæc inter leges Imperii fundamentales recenseatur, imò cæteras leges fundamentales omnes & ipsum Imperii Statum ambitu suo complectatur, hoc ipso legis & quidem fundamentalis condendæ potestatem Electores sibi solis sumpserunt, quum tamen Capitulationes istæ in quibus totius Reip. salus, & omnium legum integritas vertitur, non nisi in Comitiis concipi debuerint. Vnde Principes quidam, Politicas Imperii literas non ignorantes, sub Rudolpho II. Electoribus de iure, capitulares leges Imperatori præscribendi, controuersiam mouerunt,

Carolus V.

Electores quando sibi sumpserint ius condenda capitulationis.

Iura sunt vigilātibus scripta.

Interesse Imperii Statuū contra Electores.

Interesse Principum attenuatū.

Interest Statuum vt cōdatur perpetua Capitulatio.

Capitulatio est magni nominis lex.

Cōtrouersia de iure præscribēdi ca.

runt, ſcilicet. *An his ſolis id iuris vſurpare liceat inconſultis reliquis Imperij Statibus? Ob die Chur-Fürſten berechtiget* Cæſari *eine nevve Capitulation vorzuſchreiben vveil die alte* Compactata cum conſilio Statuum *auffgerichtet? Vnd hat man* apud iſtos *dafür gehalten, das Electores in* tractandis Imperij negotiis *etvvas zu vveit lauffen, und ihre facultet, die allein auff die* Election reſtringiret, *viel zu vveit extendiren vvolten* (Vid. *Lundorp.* Tom. 2. act. publ. l. 3. Tr. 2. p. 639.) Et omnino hoc ita eſt, ceu ex antedictis apparet. Inſuper cum hac capitulatione Imperatoris poteſtas & arctius conſtringi, & laxius ampliari poſſit, vt vel ampliſſima vel modica ſit, hinc quantum ex Republ. ſibi ſumpſerint Dnn. Electores, quis non videt? Quum itaque proteſtantes viderint quantopere ipſorum & reliquorum Principum & Statuum Catholicorum intereſſet, vt ius capitulationis condendæ æqualiter ad omnes Status rediret; hinc in conuentu Pacis Oſnabrugo-Monaſt. tertio loco an. 1646. menſ. April. tale grauamen propoſuerunt: *Zu* conſeruirung *der Gleichheit unter den Ständen, und Vermehrung beſtendigen guten Vertravvens, vvürde vveiniger nicht vorträglich ſein, vvan die verſchiedene Eingriffe vvelche vom Chur-Fürſtl.* Collegio *übrigen beyden Reichs-Rathen von geraumer zeit geſchehen und begegnet ſind, künfftig ein und abgeſtellet verbleiben. Das aus den Kayſerlichen Wahl Capitulation iſt zu erſehen, vvas geſtalt faſt in allen denſelben Enderungen furgenommen, daraus nothvuendig erfolget, das die* iura Reipub. *faſt immer für und für* fluctuiren, *und der* Status Imperij perpetuis mutationibus & conuerſionibus *untervvorffen ſein müſſe, im fall nicht ein für allemahl ein beſtendige unverenderliche* Capitulation *gemacht vverden ſolte, &c. Solte demnach dergleichen gevviſſe verfaſſung über kurtz oder lang des Reichs vvolfarth erfordern, hierunter einige Veränderung zu machen und vorzunehmen, uff ſolchen fall vvere ſolches auff einem allgemeinen Reichſtag reifflich zu berathſchlagen, und nach vvol ervvogenen dingen und befinden zu belieben.* (Vid. *Theat. Europæ* Tom 5. p. 1052.) Pariter & Ordines Circuli Saxon. Infer. in *προβουλία* Comitiorum Lyneburgi an. 1652. ſuſcepta in hunc modum: *Weiln die Kaiſerl.* Capitulation *von zeit zu zeit geendert vvorden, und dadurch viele dinge ſo* ad iura Comitiorum *gehören, und alſo dem gantzen Reich und ſambtlichen Standen zuſtehe, an das Chur-Fürſtl.* Collegium *vvollen gezogen vverden, ſo iſt billich zumahl ſolche* iura *in dem Friedenſchluß den Standen zu gute zu allem Uberfluß vviederholet und beſtettiget; das ſolches geendert, und mit Gutbefinden der Fürſten und Standen deß Reichs nach inhalt deß bemelten §. eine gevviſſe, beſtendige, ſambtlicher Stände* iuribus *nicht vviedrige mit deroſelben zuziehen ohnveränderliche* Capitulation *auffgerichtet vverde,*

pitulationi.

Exceſſus Electorum in Imperij negotiis.

Electorum intentio ad oligarchiam inclinat.

Grauamen Proteſtantiũ circa capitulationem.

Proteſtantes intereſſe Imperij obſeruans.

Intereſſe ad æqualitatem Ordinum pertinens.

NB

Nota fluctuantem Imperij ſtatum, donec hi puncti in art. 8. decidantur ac determinentur.

Intereſt Imperij vt perpetua capitulatio condatur.

Oligarchiâ Electorum notatur.

[*Contin. Theat. Europæ.* ad an.1652. p.306.] Pulcherrima sunt in rem præsentem verba *Dn. Eitel. Frid. von Heerden in der Grundv.* p.203. & seqq.] *Die Capitulation ist* ipsa norma ac forma regiminis ac Status in Imperio, *vvorauff das rechte Band zwischen Haubt und Gliedern beruhet, und dadurch ein rechter unbevveglicher Grund gelegt vvird zu vermisch und Messigung beydes der Gevvalt, als auch der Freyheit* Libertate Ordinum temperetur Principatus, & Principatu temperetur libertas Ordinum; sic nec in Principatu libidinem, nec in libertate licentiam habebimus. *Ist auch auss dieser heilsamen* mixtur *oder* harmonie, *so lang darunter einiger zweiffel und Mißverstand obhanden, kein vertravven zuvischen Haubt und Gliedern Zuhoffen. Dahero dan als man in vorigen Iahren vvargenommen, das von denen Chur-Fürsten, bey der Ihnen* publica & speciali lege A. B. *mit Bevvilligung gesambter Fürsten und Stände anvertravvten Kays. Wahl, auch die* Capitulation, *und Zuvar fast ohn einig absehen, auff die übrigen Stände ihres Gefallens gemacht, deren* iura *darin mercklich beschnitten, und also die mit der* Monarchie *vermischete* Aristocratia *deß Teutschen Freyen Reichs in eine* Oligarchia *vervvandelt vverden vvollen, nicht allein die Reichs Stände selbst, sondern auch die Benachbarte Cronen auff solche zu gäntzlicher zerrüttung deß Reichs außgehende verenderung ein sorgfeltig Auge geschlagen, und entlich bey denen Westphälischen Friedens* tractaten *es dahin gebracht, das auff nechstfolgenden ersten Reichstag unter andern, &c. eine gevvisse und beständige Kayserl.* Capitulation *mit gesambter Chur-Fürsten und Stände Rath und Bevvilligung zuverfassen geschlossen vvorden.* Hæc illæ: Quum hic punctus in Comitiis Ratisb. an.1653. à Principibus & Statibus vrgeretur, Dn. Electores id in iurium suorum hactenus quæsitorum, violationem fieri interpretati sunt, & quum interea loci electio Ferdinand. IV. Romanorum Regis susciperetur, Electores nil nisi Monita Principum & Statuum ad capitulationem futuram admittere voluerunt: id quod Principes & Status ea lege probarunt, vt Monita illa non nisi pleno iure suffragij fierent: & ita Monita collegialiter congesta, & per quatuor Deputatos vtriusque Scamni Principum Electorali Collegio in vim suffragij exhibita. Tametsi verò nonnulla ex iis Monitis à Dnn. Electoribus attenta, tamen illa quæ de rebus grauissimis concepta erant, in capitulatione fuerunt præterita. Errat igitur *Autor Comitiologia Ratisb.* de an.1654. dum refert Principes & Status ad formandam capitulationem in consilium adhibitos, ac capitulationem Ferdinandi IV. ad normam Instrum. Pacis esse confectam, eamque pro perpetua forma atque norma Romano-Regiæ capitulationis habendam [Dn. *Heerden.* Tra. cit. p.207.] Quum dein Ferdinandus IV.

Elegans iudicium Dn. de Heerden de Statu Imperij, & de Capitulatione

Interesse Imperij hodierni vt harmonia in eo seruetur.

Oligarchia Electorum notatur.

Monita ad Capitulationem Ferdin. IV.

Error Comitiologistæ.

Rex Rom. & Ferdinandus III. Imp. essent mortui, & Electores ad eligendum nouum Imperatorem Francofurti conuenissent, Principum & Statuum Deputati, tam Catholici quam Euangelici, similiter Principalium suorum iura vrserunt, monitaque alia, quæ Capitulationi futuræ inserenda essent, Dnn. Electoribus exhibuerunt Francofurti die 17. April. styl. vet. an. 1658. Ad artic. 2. Capitul. Leopold. addiderunt tale monitum: *Das der künfftige Römische Kayser sich verbinde den Münster- und Osenbruckischen Friedenschluß bevorab was so wol in dessen* art. 5. §. 10. vers. *Cætera, &c. als* art. 8. de iuribus Statuum *begriffen genau, ohn einigen absatz, fest und ohnverbrüchlich, mit nachmahliger Auffhebung und vernichtigũg aller und ieder wieder solchen Fridenschluß eingewandter oder noch einwendender Zwar an sich selbsten vorhin nichtiger, auch so wol im besagten Friedens* Instrument, *als dem Nürenbergischen* executions-Recess. §. *Vnd soll hierunter* &c *bereits verworfener und* pro nullis declarirter Protestationen *unverbrüchlich Zu halten, und sich nach denselben und ins gemein allen Reichs SatZungen die einen Romischen Kayser angehen, Zu richten, und unter keynerley Vorwandt es sey gleich* necessitatis vel vtilitatis publicæ, periculi in mora, *oder ander darauß zuschreiten, auch darwieder niemanden zu beschweren Zulassen verspreche.* Ad conclusionem verò Capitulationis Leopoldinæ monuerunt: *Das der künfftige Römische Kayser selbst daran sein und befodern wolle, damit der* punctus perpetuæ Capitulationis *vermöge deß* Instrum. Pacis *und iüngsten Regensb. R. Absch. bey dem nechstkünfftigen Reichstag ohn außgesetZt, vorgenommen und abgehandelt werde.* Quum itaque in Capitul. Leopold. nondum fuerit quoad hunc punctum Principibus & Statibus satisfactum, illi talem Protestationem interposuerunt: *Ob Zwar Fürsten und Stande verhofft, es würden solche Zur Erhaltung ihrer Rechten und Gerechtigkeiten auch künfftiger bestendigen* Capitulation facilitirung *angesehene sambt und sonderbare Erinnerungen von dem Chur-Fürstl.* Collegio *besser als vor diesen beobachtet werden, so hat sich doch aus Verlesung der in Druck gegebenen wahl* Capitulation *der ietZtregierenden R. Kay. May.* Leopoldi *das wiederspiel, ia das in denen trifftigen und vornemsten* puncten, *die* harmonie *des Reichs und* iura Statuum, *bevorab aber die algemeine Sicherheit,* iura fœderum, belli, pacis, &c. *betreffende, nach außweis* 10. 12. 13. 16. artic. *dieselbe noch viel nachtheil und gefährlicher als in der vorigen eingerichtet worden: Derowegen obgedachte Deputirte vor unumbgangliche Noturfft zu sein ermessen darwieder feyerlich zu* protestiren, *und gesambter Fürsten und Stände Befügnis, uff negstkünfftigen* prorogirten *Reichstag dißfals außtrücklichen vorzubehalten.* Tandem addunt: *Das sie die Kayserl.* Capitulation, *in soweit dieselbe mit ermel-*

Interesse Statuũ vrgetur.

Monita ad Capitulationem Leopoldi Imp.

Protestationes contra pacem Monasteriẽsem annullandæ.

Protestatio contra Capitulationem Leopoldinã.

ten monitis *nicht einstimmet, oder dem Inhalt des* Instr.Pac. *ungemeß ist,* pro Legepublica *nicht gehalten haben vvollen.* Vt adeò erret *Dn. à Beichlingen.* Dum in egreg. Dissert. de Iure Principum Electorum an.1662. sub præsid. Dn. *Ludvvellij* Altorfi habita th.33. putat quòd tam Ferdinandi IV. quà Leopoldi Capitulatio modo Instrumento Pacis conueniente sit concepta. Nec etiam ex actis Imperij publicis defendi potest Dn. *D. Erici Mauritij assertio* Capitulationem nouissimam vt habent verba Procem.in fin.& artic.vlt. nomine omnium Imperij Principum ac Statuum fuisse conceptam [in egreg. Disput. de Citatione ad Reassumendum th.11.] Plus enim hic est in verbis quam in rei veritate, ceu ex actis publicis antea adductis, manifestum est. Quum an.1665. Ratisbonæ essem, durantibus ibidem Imperij Comitiis mihi relatum iam tum formam perpetuæ Capitulationis (*Modell*) projectam esse; an itaque nouissimis hisce Comitiis hic punctus exitum inuenturus sit, aut iam inuenerit, in locis, vbi nunc dego, non possum augurari. (De Capitulatione perpetua confer Dn.D. *Textor.* de Rat. Stat. Germ. cap.18. in tot.) Dn. *Textor.* refert, quòd in præsentibus Comitiis Ordines Capitulationis perpetuæ eiusque compositionem ac perfectionem adeò instanter petierint, vt etiam alternis vicibus, quamvis defensio Imperij ob bellum Turcicum, valde necessaria appareret, hic Capitulationis punctus tractaretur, dictúmque inter alia fuerit, *Man solle die Iura Imperatoris & Statuum, durch eine bestendige vvahl* Capitulation *fest stellen, idque ideo, quò Capitis & Membrorum esset arctior ad publicam salutem vnio.* Idem Autor p. 581. Putat sequentia Capita Capitulationi perpetuæ esse inserenda: 1. Imperium Romano Germanicum esse ac permanere mixtum & constare ex Cæsare tanquam Capite ac Ordinibus veluti Membris, sic vt cuncta publicâ ab iis dependeant, ac Cæsar vnus, quantum omnes Ordines iunctim, in Comitiis valeat, & neutra pars plus iuris sibi sumat quam altera. 2. Cæsarem eligi per Collegium Electorale, & natione Germanum, omnino tamen liberè, & absque restrictione ad vnam vel plures familias; ac proinde *in perpetua Capitulatione non esset ligandus Cæsar, vt se Romanæ sedis defensorem fore repromittat*: Nam perinde esset ac si omnes Principes Protestantes in perpetuum se incapaces futuros Coronæ Imperialis faterentur. Ex quo enim sunt Protestantes non possunt sedem Romanam, vt hodie adhuc se habet, recognoscere. Quapropter *Sereniss. Electores Protestantes in nupero illo circa perpetuam Capitulationem Projecto, hunc passum protegendæ Pontificiæ sedis disertè excepisse*, nec in illum aliter consentire voluisse, nisi ea res non cederet, vel vsurparetur in detrimentum Imperij. Imò *Protectio* illa *sedis Pontificiæ non est in rem Imperij*, quia hac de causa

Interesse Imperij in perpetua Cap.

Quæ capita per Capitulationem perpetuam definienda.

Interesse Imperij quoad perpetuam Capitulationem formandam.

Nota Electorum Protestantium vigilantiam pro salute Imperij publica.

Imperatores non rarò multis & magnis se exponere deberent bellis, cum scil. in Protectionem accerserentur à Pontifice, atque ita Germania vniuersa communem eiusmodi sortem experiri deberet, & ingentes belli sumptus in vsum Pontificis esse expendendos, qui tamen potius in Imperij vsum essent conuertendi. Olim Imperatores quidem protexerunt Pontifices, sed tum hoc fecerunt, quia habuerunt dominium Vrbis Romæ, in Papam & Patrimonium Diui Petri. Vnde vel illam saltem causam habuerunt non abnuendi protectionem Papæ. Sed hodie quanta metamorphosis? Quod si Papa simulatum Christianismi caputium abjicere, Apostolicam modestiam rursus sine fuco induere, ac, vti par est, Imperatori nostro rursus se ac sua subjicere hodie intenderet: Protestantes Imperij Principes in hoc capite admittendo minimè erunt difficiles. *Porrò Capitulationi perpetuæ inserendum*, Cæsarem fieri præcisè per Electionem, non verò per Pontificis coronationem, quod iam olim *Ludouicus Bauarus* Imp. in Comitiis Francofurtensibus an. 1339. fortiter contra Papam prætextu Coronationis imperium sibi in Imperatorem arrogantem stabiliuit. Etiam Paulus IV. ob vetustum desiderium Superioritatis in Imperatorem, voluit, vt Carolus V. Imperium resignaret in ipsius manus, sed prudentissimus Imperator preces Papæ rectè magno animo contempsit. Plurimum itaque interesset Ludouici Bauari [quem etiam nouissimè *Ioh. Hervuartus*, Consiliarius Bauaricus, contra Papisequas defendit] de hac re constitutionem Capitulationi inseri. *Vlterius in hac Capitulatione exprimendum*, depositionem Cæsaris ex vrgentissimis causis non aliter nisi de consensu vniuersi Imperij imposterum fieri debere. Sed quomodo id fieri poterit quum Cæsar iuxta plurium Publicistarum iudicium medietatem de Repub. participet? Resp. Cæsarem, dato casu, non tam deponi ab officio Cæsareo, quàm consensum delati Imperij ob notoriam contrauentionem & euersionem legum fundamentalium tacitè resolui, vt accedente totius Imperij declaratione, ipso facto censeatur desijsse Imperator. *Ex parte Ordinum verò in Capitulat. exprimendum*, quod simul sumpti medietatem Reipub. [aut etiam vltra posito, quod Aristocratia præponderet: Medio tamen hic obseruato, tutius, vt arbitror, ibimus] sibi vindicent, si non omnibus, saltem respectu Comitialium negotiorum, adeoque in publicis Imperij iuribus cum Imperatore æqualem potestatem ac diuisum Imperium cum Cæsare, semper Augusto habeant. Debent porrò Ordines singuli repromittere, quòd velint Cæsareæ Maiestati ac Imperio sese gerere obedientes & perpetuo fideles, &c. Vid. pl. Dn. *Textor*. l.c. *Omnino ad æqualitatem inter Status obtinendam è re Imperij esset, vt huic puncto Capitulationi tandem ultima ma-*

Protectio sedis Pontificiæ in capitulat. non est è re Imperij.

Interesse Imperii, quoad Pontificis coronationem.

Interesse Imperij quoad depositionem Cæsaris.

Interest li-

bertatis Imperij vt punctus perpetua Capitulationis absoluatur.

nus imponeretur, & ita mixtio ex Monarchia & Aristocratia bene stabiliretur. Dn. de *Monzambano* tamen (de Rat. Stat. Germ. p. 97.) diuinat hunc punctum in Comitiis modernis non absolutum iri, quòd sit è re Cæsaris, vt Electores cæteros Principes emineant. Hos enim, vtpote paucos, facilius se sibi posse conciliare, quam vniuersos Ordines: Ex ipso Principum Senatu non valde Electoribus aduersari, qui familiis Electoralibus sint prognati; Nec congruere moribus Germaniæ, iure aliquem suo, vtcunque quæsito, per vim exturbare: Vtvt insuper non iniquè postulent reliqui Ordines, vt in Capitulatione æquè sui, quam Electorum habeatur ratio; tamen vix posse concipi formulam, quæ deinceps, mutata temporum ratione, correctione non indigeat; Electores porrò non difficiles futuros, vt admonitu reliquorum Ordinum Capitulationi inserant, quæ ipsorum libertati tuendæ videbuntur inseruire. Hæc & alia Dn. de Monzamb; quæ tamen tanti non sunt, vt non aliæ rationes superius adductæ præualere, communis Reipubl. bono, debeant. Quod si enim positis omnibus priuatis affectibus, Electores & Status Imperij amore publici boni ac libertatis Germaniæ communiter de hoc puncto inposterum deliberabunt, ac amicè inter se consilia conferent, non est dubium, quin tandem perpetua ac constans Capitulatio, saltem quoad fundamentalia ac substantialia, visuri simus. Quod Deus, Germaniæ nostræ, in varias partes scissæ, vnicum Columen, clementer faxit! Hactenus de puncto perpetuæ Capitulationis.

Arcanũ Cæsaris circa Electorale collegium.

An Capitulatio deroget Maiestati Imperatoriæ.

II. Quæritur *an Capitulatio deroget Maiestati Imperatoriæ?* Plurimi hoc ipsum negant: Et ita nouissimè quoque Dn. *Eitel Friderich von Heerden* (in egregio suo libello *der Grundveste des H. Reichs* part. 1, c. 1) asserit: *Durch die vom dem Oberhaubt beschvvorene vvahl* Capitulation *ist vielmehr die Maiestet gegeben als benommen Zu achten.* Idem asserit L. *Baro de Sprinzenstein* in facie Imperij moderna. Cæterum hoc ipsum cum principiis Politicis minimè congruere videtur, vtpote quum maiestas sit legibus soluta potestas. Vnde quum Imperator non sit Capitulationibus, legibus Imperij fundamentalibus (pro quibus ab omnibus publicistis habentur) solutus, omnino plenam & summam potestatem habere, dici minimè potest. Hinc quum an. 1623. Electores ac Principes in Comitiis Ratisbon. hac loquendi formula vterentur: *Man vvere zvvar nicht gemeinet Ih Kayserl. Maiest. Gevvalt zu* disputiren, *hielten sich aber darneben gäntzlich versichert, daß sie das jenige in Obacht zunehmen geneigt, vvas sie in ihrer von den Chur Fürsten ubergebenen* Capitulation *allergnädigst Zugesaget, vvelches alles man, ohn maaß geben, gegen Ih. Kays. Maj. vvegen der Churfürsten* præeminenz *und* auctoritet *in underthänigkeit zu* referiren, *zu:*

Error Autoris der Grũdvest.

sagen, und zuerinnern für nothwendig und guth geachtet. [V. *Chur-und Fürsten* resolution *auff* Kayserl. Proposition *zu Regenspurg* die 30.Ian. st.v.1613. apud *Lundorp*. Tom.1.act. publ.l.6. c.152.] Contra ea *Saxo & Brandeburgicus* Electores in dictis Comitiis protestati sunt hisce formalibus: *Weil das Wörtlin [ohn Maßgebung] in iüngster also Vnderthänigster* relation *dazu gesetzet können Ih. Chur-Fürstl. Gn. Gn. solches nicht nachgeben, sondern thäten es widersprechen; in deme das (Ohn Maßgebung) und die* Capitulation *nicht beysammen stehen konten. Den wvorzu Ih. Kayserl. Mai. durch die* Capitulation *verbunden, das were deroselben [ohne Maßgebung] nicht heimgestellet, würde auch dadurch die Chur-Fürstl. Hoheit*, Præeminenz *und wurde nicht* con seruiret. (Vid. *Chur-und Fürsten* relation *uber etliche* Puncten *der Kayserl.* Proposition. ibib. die 27.Febr. apud *Lundorp*. l.c.154.) Vnde Dn. de *Monzambano* ait saluberrimo more introductum, potestatis Imperatoriæ leges expresso & distincto scripto comprehendi. Nam ad existimationem Ordinum facere, vt, quum imperari sibi, ad modum cæterorum Monarchis subjectorum, non patiantur, non credantur ex contumacia, aut per meram vsurpationem id facere, sed quia in tales leges Imperatorem adsciuerunt. Eorundem libertati quoque hoc modo consulitur, præfixis terminis, quos Cæsari transilire nefas. [vid. pl. Aut. cit. p.99.100.] Dn. *Limneus* & illum sequens Dn. *Strauchius* [*ille* l.1. de I.P.c.9. *hic* Diss. Exoter.4. num.10.] distingunt inter summitatem Imperij & plenitudinem potestatis; huic non illi Capitulationem derogare Limnæus & cum eo *Sprengerus* (in Iurispr. publ. p. 155.) asserit. Ad stabiliendam suam sententiam vtuntur etiam hoc simili: *Quemadmodum candela vitrea inclusa capsula, aque ac si extra eandem posita esset, suum fulgorem dispergit, & hoc modo conseruatur ne à ventis hinc inde exagitata extinguatur, ita Maiestatis fulgor circumstante Capitulationis fabrica, nec á fauoniis adulationum ventis vel bellorum procellis extinguitur, nec minimam patitur Eclipsin.* Hæc illi. Cæterùm hoc simile rem minimè conficit. Deinde etiam distinctio illa Limnæi subsistere non potest. Qui enim non statuit plenitudinem potestatis læsam esse per Capitulationem, illum etiam summitati derogatum esse statuere oportet; Plenitudo enim potestatis est ipsa formalis ratio summitatis seu, quod idem est, maiestatis. [*Stamler.* de Reseru. p.33. citius sententiæ eatenus accedimus,] Insuper summum esse, & tamen leges superiores recognoscere contradictoria sunt, quæ simul stare nemo nisi Piscator credit. (*Arnisæ.* l.1. de Iur.Maiest. c.3. n.1.) Quod si tamen Dn. Limnæus per summitatem intelligit summam dignitatem, excellentiam, præeminentiam ac summum honorem; aliud omninò dicimus, & dextras omnino cum tantis viris iungimus.

Capitulatio non tantum est vinculū iuris natura, sed vinculum iuris ciuilis ac Cæsar illa obligatur nō tantum de honestate, sed etiam de necessitate.

Capitulatio conseruat libertatem Germaniæ.

Dn Limnæi & Dn. Strauchij opinio nodas in scirpo facit.

Simile non semper currit quatuor pedibus.

DISCURSUS VI.

DE

BANNI FULMINE,

siue Excommunicatione Imperiali.

Ad art. 8. Instr. Pac. vers. Habeantur verb. Bannum.

Banni definitio.

Aqua & ignis interdictio.

Homicidiū publicis legibus licitum.

I. BANNUM *est iudicialis censura, quâ violatoribus Pacis publicæ aquâ & igni interdicitur, ita vt à nemine in clientelam recipi, tam verò in rebus quàm in persona ab omnibus offendi queant. Sein derowegen die* Banniti *so frey als der Vogel in der Lufft.* (V. Ord. Cam p. 2. t. 9.) Vnde & *Vogelfreye*, dicuntur *in Ordin. Camer.* d. l. tit. 10. §. *Vnd wo es deßhalben.* Tale Bannum in Imperiali Camera aduersus seculares sub dio, aduersus Ecclesiasticos in ipso Consistorio iudice sedente pro tribunali euibratur. (Vid. Dn. *Blumium* de Proc. Camer. tit. 29. num. 186. & seqq.) Terribilior præ cæteris est illa Banni proclamatio quæ olim vsitata *an dem Kampff-Gericht deß Landgerichts Zu Francken*, vbi ita inter cætera, *Wir theilen*, (id est iudicamus) *deine Wirtin zu einer wissenhafften Witwen, und deine Kinder zu ehehafftigen waisen, deine Lehen dem Herrn, von dem sie Zu Lehen rühren, dein Erb und eigen deinen Kindern, deinen Leib und dein Fleisch den Thieren in den Wäldern, den Vögeln in den Lüfften, und den Fischen in den Wassern, wir erlauben dich auch männiglich auff allen Strassen, und wo ein jeglich Mann Fried und Geleit hat, da solt u keines haben, und wir weisen dich die vier Strassen der Welt, in den Nahmen deß Teuffels, &c.* (vid. *Goldast.* Tom. 1. *Der Reichsatzung* p. 238.) Quia verò ex suprema iurisdictione oritur banni Irrogatio siue proscriptio; Et verò illam solus Cæsar non habeat (Vid. *supra part. 1. Disc. de Maiest. Imp. & part. 2. Disc. de Iudiciis Imperij*) sequitur, quod banni fulmen soli Imperatori non sit adscribendum.

Mira Banni formula.

Banni irrogatio non est solius Imperatoris.

II. In

II. In priuatis causis banni irrogatio ad Imperialem Cameram pertinet. Illustres tamen personas nec Camera nec Imperator solus propria autoritate in bannum declarare potest. Iam olim enim Imperatores non nisi Principum suffragiis adhibitis id ausi sunt. *Henricus III.* Imp. Conradum Bauariæ Ducem quorundam Principum judicio Ducatu priuauit. (*Herman.Contract.* in Chronic. ad ann. 1502.) Otto Boiorum Regulus ab *Henrico IV.* Goslariæ in corona Principum proscriptus. [*Auentin.* l. 5. Ann. Boior.] Idem accidit Henrico Duci Lotharingiæ tempore *Henrici V.* in frequenti Principum conuentu, iudicio Optimatum & ex consilij decreto Abb: *Vrsperg.* sub an. 1606. (*Auentin.* l. 6. Ann. Bojor.] Henricus Superbus Dux Bauariæ Herbipoli à *Conrado III.* Imp. proscriptus in frequenti Senatu Principum. [*Auentin.* l. 6. Annal. *Abb. Vrsperg.* in Chronic. ad an. 1139. *Ott.Frising.* l. 7. Hist. c. 23.] De Henrico Leone à *Friderico I.* Imp. & Principibus proscripto vid. *Auentin.* [l. 6. Ann.*Cyriac. Spangenberg. in der Sachsisch. Chronic.* c.230. *Arnold. Lybecens.*l.2.c.29. *Cranz.* in Saxon. l. 6. c. 38. [De *Ottone* IV. Comitem Palatinum de Wittelspach, in conuentu Principum Francofurti proscribente vid. *Arnol. Lybecens.* l. 7. c. 16 *Rudolphus* I. Ottocarum R. Bohem. in Comitijs Augustanis anno 1275. & Henricum Ducem Bauariæ ex sententia Principum hostes declarauit [*Auentin.* l. 7. Annal.] *Fridericus* III. in Comitiis Ratisb.. an. 1463. de Principum ac Statuum Imperij consensu Fratri Alberto aqua & igni interdixit. [*Gerhard. de Roo* l. 7. Hist. Austr.] idem Fridericum Palatinum an. 1474. in Senatu Principum proscripsit. [*Gerh. de Roo* l. 8. [*Maximilianus* II. cum in turbis Grumbachianis Bannitorum receptatorem Principem Imperij intelligeret, declarationem Banni Ordinum consensu renouauit in Rec. Imp. de an. 1567. §. *Wie auch darauff.* (*Rudolphus* II. Imp. licet comminatione Banni feruente controuersia Iuliacensi in Elect. Brandeb. & Principem Neoburgicum subinde fulminaret, ad declarationem tamen nihilominus procedere ausus non fuit: Rectèque *Henricus Iulius Dux Brunsuic.* iudicauit in literis ad Electorem Saxon. d. 15. Decemb. st. v. an. 1610. *das da die declaration Banni geschehen solte, solches uff einem Reichstag,* consentientibus Electoribus *volnbracht werden müste.* Non iniuria itaque in conuentu an. 1623. Ratisbonæ habito *Elector Saxon.* Ferdinando II. objecit his verbis: *Die vorige Römische Kayser seind darin* (in Proscript. Princip. (*so behutsam gegangen, das sie nicht allein die Chur vnd Fürsten sondern auch das gantze Reich hierunter zu Rath gezogen, vnd darauff die Acht vnd deren execution angeordnet, wie solches unzehlich* Exempel, *sonderlich die Magdeburgische Acht*] *welche doch nur eine Statt betreffen* [*vnd Gottische* execution

Imperij Status solus Imperator non potest proscribere.

Interesse libertatis Germaniæ.

Aqua & ignis interdictio.

Ferdinandi II. Monarchica Statuū proscriptio.

[*deren eine* ad. 1556. *die ander* an. 1564. *vnd* 66. *auff denen zu Augspurg gehaltenen Reichstägen bey lebzeiten Caroli V.* Ferdinandi II. *vnd* Maximiliani II. *beschlossen vvorden ausvveisen.* [. V. *Lundorp.* T. 2. acti publ. l. 6. Tr. 24. p. 216. [. Hinc in Rec. Imp. de an. 1542. §. *Wrüde sich aber.* dicitur. *der Kayserl. May. vnd des H. Reichs Acht.* Vnde idem Elect. Saxon. seriò primum contra Friderici El. Palatini proscriptionem protestatus est in literis ad Moguntinum de dato 23. Febr. an. 1623. [adde Deducto Nullitatum in Proscript. Frider. Palatini ap. *Lundorp.* T. 1. act. publ. l. 10. c. 33. [. De Palatini proscriptione ita porrò Saxon. Elector in voto suo Ratisbonæ an. 1623. d. 11. Febr] apud *Lundorp.* T. 2. act. Publ. l. 6. Tr. 24. p. 11. 61. [*In des Pfalsgraffens Achts. Process hette billig ein ander modus* procedendi *gehalten vnd die Churfürsten des Reichs, nach inhalt der* Capitulation, *als in einer schvveren, vvichtigen, vveit aussehenden Sache, daraus die ruin des H. Reichs vvie die Erfahrung vnd der Augenschein bezeuget, erfolget, hierumb befraget vverden sollen.* Idem suffragium *Electoris Brandenburgensis* vid. ap. *Lundorp.* l. c. p. 1163. *Uniuersi Electores* an. 1623 in Respons. ad Cæsaris Propositionem d. 20. Ian. [ap. *Lundorp.* d. l. l. 6. c. 152. p. 1068.] ita: *Das in dem Pfaltzischen Achts Proceß umb der Sachen vvichtigkeit vvillen, als vvelche ein Chur. Fürstenthumb des Reichs und also auch ein Mitgleid des Chur-Fürstl. Collegij betreffe daraus entvveder des Reichs Ruhe und vvolstand, oder vvol gantzliche Zerruttung vnd ruin entstehen, vnd erfolgen konte, billich mit vorbevvust des H. Reichs Chur-Fürsten, nach inhalt Koniglichen* Capitulation, *vvelche* pro lege fundamentali Imperij *zuhalten*, [Est ergo Capitulatio lex, non nudum pactum vt nonnulli volunt] *verfahren vverden sollen. Elector Brandenburg*: in eodem conuentu in voto suo (apud *Lundorp.* l. c. (hunc in modum: *Es vvürde auff diese vveise, ein Chur- Fürst vnd andere Stande des Reichs, vveit* deterioris conditionis, *als ein Edelman in Polen sein, den derselbe nicht, als auff offenen Reichstage* proscriberet *vverden konne.* Ipse *Elector Palatinus* Sereniss. Electoribus Saxon. & Brandeb: in literis de dato *Gravenhage* d. 12. Ian. an. 1623. (ap. *Lundorp.* T. 1. act. publ. l. 6. c. 165. p. 1091. (sequentia in memoriam reuocauit: *Sie vverden sich bemühen damit die Reichs Verfassung vnd geschvvorne* Capitulation, *in dergleichen vnd andern fallen observirt, erneuvert, vnd vmb der künfftigen* occurrentien *vvillen mit mehrerm Nachdruck besterecket vverden mogen. Den sie ia hoc vernünfftig zu erachten, da dieser Eingang an Ihm gleichvvoll ohn Ruhm zumelden, an einem vornehmen vveltlichen Chur-Fürsten, vnd dessen Löbl. Vorfahren dem Reich Teutscher nation von so viel hundert Iahren hero treflichen Dienste geleistet haben, dergestalt vnerhort gemacht, vnd mit Gevvalt, oder in andere, nicht*

Interest Imperii ne solus Imperator Statum proscribat;

Capitulatio lex Imperii fundamentalis.

Principijs obstandum si attententur aut innouentur quadam

berkommende wege durchgedrungen werden solte, das kein Euangelischer Chur- vnd Fürst sein würde, der seines Standes, seiner hoheit vnd priuilegien *mehr gesichert, vnd dem nicht ebenmessig mit dergleichen* Processen *vnterm schein der* Iustitien *ohnversehens den gabrauß gemacht werden könte. Ferdinandus II.* Imp. cum Consiliariis suis in ea opinione fuit: *Das vnter Churfürsten oder andern des H. Reichs Gliedern vnd Vntherthanen kein Vnterscheid gemacht werde*, vt habetur in Declaratione ad Regis Daniæ Christiani IV. Legatos Viennæ 7. Iun. an. 1621. (ap. *Lundorp.* T. 1. act. publ. l. 6. c. 36. p. 6[illegible]) Cæterum an. 1630. in Comitiis Electoralibus Ratisbonæ Electores [illegible] ncipes Catholici & Euangelici in Causa Magapolitana dixerunt: *Es hette eine andere gelegenheit mit den Reichs Fürsten, wie es auch vornehme* Iuristen *erkennen.* (V. *Comitiolog. Ratisbon.* p. 108.) *Die* Process. *wieder die nicht zwar offentlich in die Acht erklarete, aber doch mit Frau vnd Kind ins exilium gesandte Hertzogen von Meklenburg haben den Konig in Schweden mit seinem Kriegs Heer vff den Reichsboden gebrach, vnd haben andere Gemuther, ia die Catholische Chur- vnd Fürsten selbsten nicht weinig bewogen, vt refert* idem Aut. l. c. qui plura egregia in hanc rem affert. (Conf. *Dn. Heerden in der Grundvest. des H. Reichs* p. 273. 274.) In *Capitul quidem Ferdinandi III.* art. 30. cautum ne quisquam ex Statibus Electoribus inconsultis proscribatur. (Vid. *Dn. Limnæ.* ad d. art. 30.) Cæterùm in eo reliqui Principes & Status non acquiescunt, sed hic etiam in consilium admitti volunt; Vnde cautum hic est in Instr. Pac. vt in proximis Comitiis ea de re deliberaretur. Hinc *Ordines Circuli Infer. Sax.* in προβουλεία Comitiorum an. 1652. Lyneburgi ita hac de re: Bannum Imperij *ist, wie vielfeltige exempel geben, eine gefahrliche Sache, damit auch zu weilen gahr sehr geeilet, mancher verbrechen für ein* crimen læsæ Maiestatis *gedeutet vnd vnterm Vorwand der notorietet, ehe das Beschuldigte theil gnugsam gehöret, geschwinde verfahren worden: Weiln aber solch ein werck ist von schadlicher* consequents, *vnd gleichwol gnugsam bewust, das vormahls die Declaration* banni *anders nichts als bey Versamlung der Reichs-Stande geschehen, so ist dahin zu trachten das dem* §. Instr. Pac. *ein Genügen geschehe vnd ins künfftige Misbrauch desfals verhütet bleiben.* [Contin. *Th. Europæ* ad an. 1652. p. 306.] Cæterùm in Comitiis de an. 1653. nihilominus *Ciuitas Bremensis*, quia sese opposuerat concessioni vectigalis [Comiti Oldenburgico in Visurgi à Cæsare concesso] ab Imperatore consensu tantùm Electorum adhibito proscripta est, executioque banni Electori Moguntino, contra Ordinationem Executionis iniuncta, & in Comitiis non adeò huic rei in Senatu Principum obuiam itum. Quin & hic Banni punctus in Capitulatione Ferdi-

Nota hic distinctionem Ferdinandi Imperatoris inter Status & subditos.

Principes vt singuli non sunt mere subditi, sed Ciues, qui cum Imperatore habenas Imperij moderantur.

Exilium Ducum Megapolit.

Principum Interesse cōtra Electores.

In Banno Processus & ordo iuris obseruandus.

Interesse Statuum negligitur.

nandi IV. & Leopoldi nondum secundum Principum & Statuum Monita fuit digestus, sed cognitio & sententia Banni ibidem (Monitis Principum & Statuum haut attentis) Imperatori & Electoribus solis reseruatur, quòd tamen in maximum reliquorum Ordinum vergit præiudicium: *Gleich als kähme dem Kayser und Churfürsten alleine zu, uber dererselben Leib, Leben, Haab und guth in Puncto* Banni *zu* iudiciren *und zu erkennen*, vt ait, Dn. de *Heerden* (*in der Grundvest.* p.275.) Vnde etiam Principes & Status Francofurti an.1658. d.8 August. de eo solemnissimè protestati sunt. In specialibus Monitis ad artic.28. Capit.Leopold. *Euangelici tale monitum* addiderunt: *Das hinfüro kein Chur-Furst, Fürst oder Stand des Heil. Reichs, ohne gnugsame Ursach, und ohn Vorvvissen Rath und Bevvilligung gesambter Stande in die Acht und Aber-Acht gethan, gebracht und erklährt, und hinvvieder aus derselben erlediget, genommen oder gesprochen, sondern vven sich ein Reichs Stand dermassen vergriffen, das vvieder solchen mit der Acht Zuverfahren sein möchte und könte, gegen ihn uff allgemeiner Reichs Versamlung auff maas und vveise vvie bey künfftigem Reichstag vvird verglichen vverden, gebührlich verfahren, derselbe mit seiner Noturfft gnugsam gehöret, und nach des Kaysers und der gesambten Stande einträchtigen Schlus die Vrtheil gefellet, in des Kaysers Nahmen* publiciret, *auch die* Execution *so vvol in diesem als andern fällen nach inhalt der* Executions *ordnung durch die Craise darin solcher Stand gesessen und angehörig fürgenommen und vollstrecket vverden solle. Das auch von obigen allen der* casus facti notorij *nicht Zu* excipiren, *also der* vers. *vvere es aber, &c. aus-Zulassen. Catholici* autem ad eundem articul. monuerunt sequentia: *Iedoch im fall ein offentlicher Friedbruch begangen vvurde, das so dan und sonderlich uff den Beharrungs fall, vvan zumahl* facti notorietas *verhanden, ein Kayser mit zuZiehung unpartheischer Churfursten, Fürsten und Stände des Reichs die Acht erklähren, auch selbige exequiren möge, in allevveg aber mit der Bescheidenheit, das, vvas von dehme in die Acht erklähreten Stand ervvorben, solches ein Kayser nicht Ihm oder seinem Hause* appropriiren, *sondern es dem Reich verbleiben, und der* Lædirte *daraus vor allen seine billige* satisfaction *haben solle.* Hæc Principes & Status tum frustra monuerunt. Maximè sanè Imperij interest, vt banni punctus cum aliis articulis nondum decisis tandem aliquando cum omnium beneplacito decidatur. *Proscriptio Statuum sanè res magni momenti est, in quo totius Imperij interesse versatur. Bellum etenim sapit, si executionem spectamus: Sapit quoque imminutionem Imperij, quia numerus Statuum minor fit,* si ex illis vnus vel alter per proscriptionem à corpore auellitur. (V. Dn. *Limnæ.* ad Capitul. Ferdin.III. ad artic.30. p.720.) Vnde etiam *quod totum Imperium tangit à*

Electorum Oligarchica quadam arbitria dicũtur esse cõtra interesse reliquorum Imperij Statuũ.

Interesse pro libertate Germaniæ vrgetur ab Euangelicis.

Executio Banni.

Interesse Imperij circa Banni institutionem.

ſtio quoque Imperio meritò approbari debet; Vt adeò grauiter *erret Speidelius* in voc. *Acht.* dum omnium Statuum votum in cauſa banni non requiri contendit, quòd aliàs raro aut nunquam ſententia banni ad effectum deduci poſſet. Iniuriam enim tacitè Imperij Statibus inurit, quaſi illi aut publicam ſalutem hoc caſu ſuſque dèque habere, & affectibus plus nimio indulgere velint; quæ præſumptio vtique in tam illuſtribus perſonis, minimè locum inuenit. Vidit noſtra ætas in præterito tricennali bello, quanta incommoda in Germaniam redundarint ex eo, quòd ſolus Cæſar *Ferdinandus* II. Electorem Palatinum Fridericum, Marchionem Badenſem & alios exauctorauit, & ex albo Imperij Electorum & Principum decretoria ſua ſententia proſcripſerit. Inde tot Iliades miſeriarum & Calamitatum in Patriam noſtram tanquam ex Equo Trojano deſcenderunt. Quum idem Ferdinandus II. *Emanueli Duci Sabaudiæ* banni fulmen minaretur, ita inter alia ad Imperatorem ſcripſit: *Quid vniuerſum Orbem dicturum cenſemus, quum eò progreſſus impunè Hiſpanorum conatus intelliget, vt Sabaudiæ Ducem, Maioribus celeberrimum, Europæorum Regum affinitate & ſanguine clariſſimum, Sacri Imperij Principem à Saxonica ſtirpe ducentem originem, Maieſtas Veſtra* Minis Banni *terreat*; Neque hodie per Capitul. Ferdinandi III. IV. & Leopoldi noſtri negotium circa Bannum omnibus numeris eſt abſolutum, licèt Imperator iuxta illas leges neminem ex Ordinibus ob crimen aliquod in Rempub. admiſſum ditionibus ſuis expellere queat, imò etiam in notorio facto [art. 28. Cap. Leop.] Electorum conſenſu opus habeat, antequam proſcriptionem delinquenti intentet. Quum enim *Electores, Principes & Status Imperij diſſimili ſplendore atque fulgore pares ſint in Reipublic. juribus*, v. g. iure ferendarum & interpretandarum legum, alienandorum Bonorum Imperij, Pacis & Belli, Delectus, Fœderum, Declarationis in Bannum, & multis aliis, minimè Principes & Status Imperij ferendum cenſent, quòd Imperator & Electores tantùm ſibi ſolis arbitrium de Capite & fortunis alicuius Imperij Status ſententiam dicendi captent. Det ſummus Rerum Arbiter vt tandem omnes hi puncti (in §. *Habeantur.* comprehenſi) ex omnium ſtatuum animi ſententia terminentur; Sic enim æqualitas (*art. 5. §. 1. Inſtr. Pac.* ſancita *Vid. ſupra ad illum textum peculiarem Diſcurſum*) pleniſſimè rurſus inter Imperij Ordines vigebit, & Reipubl. noſtræ nauis dimidia pars, Ordines Imperij vehens, non ampliùs inter Oligarchiam & Ariſtocratiam fluctuabit, ſed firmiſſimæ anchoræ alligata mediis in vndis tanquilla conſiſtet & iuſtitia atque Pax ſe inuicem in illa oſculabuntur.

Quod omnes & ſingulos tangit ab omnibus approbari debet.

Nota Ducis Sabaudiæ iudicium de minis Banni à Ferdinando II. intentatis.

Intereſſe æqualitatis Statuum Imperij. Ratio quare non ſolus Imperator cum paucis, nempe Electoribus, Imperij Status proſcribere queant.

Dimidia Reip. Germanica pars inter Oligarchiam & Ariſtocratiā fluctuat.

DISCVRSVS VII.

DE

REDINTEGRANDIS IMPERII Circulis; De renouanda Matricula & de Moderatione & Remiſſione Imperij Collectarum.

Ad art. 8. *Inſtr. Pac. verſ.* Habeantur. *verb. Circulis.*

MEMBRVM I.

DE

Redintegrandis Circulis.

I. VASTVM noſtrum Imperij Romano-Germanici corpus diuiditur in decem Regiones, quos Orbes ſiue Circulos *(Craiſe)* vulgo vocant. Diſtributio iſta Imperij in circulos eſt ex inſtituto Maximiliani I. & Caroli V. quamvis veſtigia diſtributionis in regiones aliquot etiam in antiquiſſimis Imperij monumentis reperiantur. Cæterùm poſt tempora Friderici II. Imp. quum vniuerſum pæne Imperium in ἀναρχίαν abiit, tum etiam inter Principes Ordineſque nulla regionum amplius fuit vnio, nulla ſocietas. Quod ipſum fuiſſe coniunctum cum maximo Reipub. damno, res ipſa facilè docet, quum nulla Reſpub. ſalua eſſe poſſit, niſi inter Ordines & ciues firma ſocietas obſeruetur. *Prudenter igitur & magno Germaniæ bono actum eſt curante Maximiliano I. & Carolo V. de reſtituenda iterum veteris Imperij corporis compage. Quod ſi verò alia via communis Rei-*

Imperij anarchia.

Diuiſio Imperij in circulos cum magno Germaniæ bono coniuncta.

publ. autoritas potuisset restitui, atque adeò in verè vnum corpus vniuersum Imperium iterum coalescere, fortassis illa in 10. *Circulos distributio rectius potuisset omitti.* In vniuersum enim omnis diuisio Ordinum vnius Reipubl. solet sæpe occasionem dare multis dissidijs & controuersijs, quum hæc in circulos distributio ad expedienda publica negotia instituta sit. Verùm illa fuit Imperij corporis dissolutio, & vsque adeò Respubl. autoritas erat collapsa, vt in verè vnum corpus omnia iterum redigere fuerit pæne impossibile. (Du *Conring.* ad Lampad, p.3. c.8. §.23.(Fuit itaque ex hypothesi prudentissimum ita diuidendi Imperij institutum, quò & Paci publicæ consultam fuit & Legum autoritati, quod contra immorigeros & contumaces Status Duci cujusque circuli proximo justitiæ executio mandari possit. Denique si non ad proferendos limites, aut recuperanda amissa, ad defendanda tamen, quæ superant, inprimis ad libertatem Ordinum conseruandam illis institutis sufficere sibi Germania potuit. (D:r. *Strauch.* Diss. Exoter. 1. th. 4. (Hæc tamen diuisio adhuc illud incommodi & imperfectionis habet, quod mala quæ vnum circulum affligunt, reliquos segnius afficiant, vt ita dum singuli Circ. pugnant *vniuersi vincantur. Nomina Circulorum* sunt: Austriacus, Quatuor Electorum ad Rhenum, Rhenanus Superior, Sueuicus, Bauaricus, Franconicus, Saxonicus Superior, Saxonicus Inferior, Westphalicus, & Burgundicus. Ad commodiorem autem defensionem, Pacis publicæ & executionem justitiæ contra Status contumaces, singuli Circuli possunt sibi Ducem (*Crais Obristen* (eligere penes quem summa sit militiæ. Habet etiam quilibet Circulus vnum vel duos *Principes Directores,* (Vnde resultant termini *Directorium & Condirectorium* circuli, quod *artic.* 10. *Instrum. Pac.* in Circ inf. Sax. D. Brus. & Sueci habent (alterum Ecclesiastici alterum Politici Ordinis, qui reliquos Circuli Ordines ad circuli conuentum vocant, vnde & *Craisausschreibende Fürsten* dicuntur Tales in *Circulo Rhenano Superiori* sunt Episcopus Wormatiensis & Landgrav. Hasso Darmstadinus, *In Electorali Rhen. Inf.* Moguntinus dirigit. *In Circulo Westphalico* Directorium simultaneum habent Episcopus Monasteriensis & Dux Iuliacensis: Sed lites Terrarum Iuliacensium faciunt, vt cum & Directorium ex possessione terrarum profluens ambigui juris sit, Diætæ illius circuli & quidem non absque damno suspendantur (*Sprenger.* in Lucernâ Imperij p.47.(*In Saxonico Superiori* Elector Saxoniæ: *In Saxonico Infer* Administrator Magdeburgensis cum Duce Bremensi semper condirigente Domo Brunsvvigo Lynæburgensi (art.10. Instrum. Pac.) *In Bauarico* Archi-Episcop. Salisburgensis & Dux Bauariæ: *In Franconico* Episcopus Bambergensis & Marchio Brandebugo-Culmbacensis.

Interesse Imperij hypotheticum.

Commoda diuisionis Imperij in circulos.

Numerus Circulorum

Duces circuli.

1.

Directores circulorum.

In Suevico, Episcopus Constantiensis & Dux Würtembergicus. In circulo Austriaco & Burgundico Directores & Duces sunt Archi, Dux Austriæ, qui hodie est Imperator, & Dux Burgundiæ, id est Rex Hispaniæ (*Sprenger* in Lucernâ Imperij p.75.)

Conventus circularis. Interesse libertatis Germanicæ.

II. Conventus circulares juxta Rec. Imp. de an.1555.§. *Und ob wol*, Ordin.Monetar.Ferdin.de an.1559.§. *Vnd damit diese*, R.I.de an.1570. §. *Als wollen wir*, Ordinariè singulis annis ad minimum semel celebrari & institui debent. Quando autem circuli necessitas aliud suadet, tunc toties quoties conventus induci possunt, vt exemplo sunt repetiti & reiterati conventus in Suevia, præsertim post conclusam Pacem Osnabrugo-Monastriensem pro hospitandis Suedicis militibus, ipsorúmque satisfactionibus, quibus temporibus ejusmodi conventus non immeritò pro *Craiß-Crentztag* à quibusdam vocati fuere. Imperatores aliquando in necessitatis articulo extra ordinem subitaneum petierunt subsidium, quo casu circulares conventus instituti, vbi tum de illo subsidio (*Craißhülff*) deliberatum. Hunc tamen modum exigendi & impetrandi collectas præsertim Status Augustanæ confessionis inter grauamina semper retulerunt. (Vid. *supra part 3. Disc.2.*) Vnde an.1597. in comitiis Ratisbonæ habitis, Legatus Palatinus, Neoburgicus, Brandeburgicus, Brunsvicensis & Episcopus Würzburgensis obnixè rogarunt: *Die Stände mit solcher* Extraordinari,*und Craißhülff zuverschonen.* Ex actis conventus circuli Franconici de ann.1619. patet *daß die Augsp.* Confess. *verwanten deß Franckischen Craises Stände sich zu dem von Ih. Kays. Maj. begehrten Craiß Beyschuß nicht verstehen wollen; und ha C.* (*Coburg.*) *bey diesem* Convent *vorbracht, das* an.1529. *und* ann 1530. *bey der Belagerung der Stadt Wien, es wol gefährlicher gewest als ietzunder, und sey dannoch die* Contributions *sachen von den Craisen auff die Reichs-versamlung verschoben worden.* Constat quoque ex literis August. Confess. Statuum, an.1631. Lipsiæ congregatorum, ad Imperatorem datis: *Die* contribution *durch Craißtage erhandeln lassen, seye nicht thunlich, sondern wiedersprochen worden.* (V. Dn. *Limnæ.* ad Capitulat.Cæsar.fol. 699 & seqq.)

Craißhülff.

Tributa Imperij extra comitia non indicenda. Interesse Statuum in puncto collectarum Imperij

Craißverfassungen. Interesse Imperij quoad circulos.

III. In Instrumento Pacis hic punctus redintegrandorum Imperij circulorum (*Craißverfassungen*) ad proxima comitia reiectus; qui tamen ibidem nondum perfectus atque stabilitus. Vnde in Monitis ad Capitul. Leopold. artic.9. an 1658. quinto loco Principes & Status addiderunt: *Das der Kayser die Ergäntzung der Reichs Craise befordre;* Item ad artic.11. sexto loco monuerunt: *Das der künfftige Römische Kayser daran sey, das die Crayse nach inhalt der Reichs* constitutionen *verfassung gestellt, darwider weder* directe *weder* indirecte *gehandelt,*

und

vvnd da solches die Reichs-Stände ins vverck zusetzen, vor nötig erachten vvürden, durch einige negotiation, *viel vveiniger die im Friederschlus* allianzen *gehindert vverden*: Quia hinc punctus *der Craisverfassungen* nondum consummatus, hinc Principes & Status, ingruente periculo, se fœderibus muniunt. De Episcopo Monasteriensi Vid. *supra part.3. Disc. 2.* vbi de iure belli agitur. Vt adeò vel hinc appareat opinionem Dn. de *Monzambano*, multas fœderatas Respubl. in Imperio nostro constituentem, non esse admittendam, qui itidem cap.2. in fin. minus verè asserit Regnum Bohemiæ cum Morauia & Silesia, quum ad nullum Imperij circulum pertineat, fœdere id magis Germaniæ innecti, quàm in eandem cum ipsa ciuitatem coaluisse. Regnum enim Bohemiæ non opus est Imperij circulis adscribere, quum Rex Bohemiæ comitiis Imperij non intersit, nisi quando illa Norinbergæ, Bambergæ, aut Mersburgi in vicinia habentur; de cætero autem quod tributa Imperij attinet cum Rege Bohemiæ separatim agitur, vt ex Recessibus Imperij constat. Rex tamen Bohemiæ nihilominus manet Elector & Status Imperij, quamuis ob insignia priuilegia ab Imperio adepta ob quæ illud regnum suas rationes fere separatas habet, exemptus videri aliquibus possit.

Monzambanus stringitur.

Regnum Bohemiæ.

Illud verò apprimè *esset è re Imperij, vt illi Principes, qui votum & sessionem in Imperii Comitiis habent, nec tamen hactenus Circulo alicui fuere adscripti, in posterum, ad sustinenda Imperij onera, certo circulo insererentur, aut in Comitiis in puncto tributorum votandi facultate priuarentur.* Eiusmodi enim Status, qui ad Imperium nihil contribuunt, in materia collectarum & consimilibus in casibus, facilè vota sua siue in vnam siue in alteram partem dare possunt: *Die können auss anderer Stände Seckel vnerschrocken* votiren. Vnde in comitiis de an.1653.1654. nonnulli fuerunt, qui talium Statuum vota eiusmodi in causis non attendenda esse censuerunt, præsertim, quando quæstio circa maiora siue pluralitatem votorum versatur. [Dn. *Speidel.* in voc. *Craiss.*] Qualis est *Dux Sabaudiæ* qui Status Imperij est, & in comitiis votum & sessionem habet, nulli tamen circulo annumeratur, sed tanquam oneribus Imperij exemptus, Italici Imperij [rectius Regni] vasallis aggregatur, vt notat Dn. *Myler.* [in not. ad Rumelin. A.B. pag.2. Dis.3. th. 27.) Obiter hîc notandum Imperij Status in modernis comitiis in puncto tributorum, ad bellum Turcicum conferendorum, rebus ac rationibus suis bene prouidisse atque consuluisse, dum loco pecuniæ ab Imperatore flagitatæ, milites obtulerunt. Præterquam enim, quod hoc modo ingentem nummorum summam, (quæ aliàs ob nota incommoda amplius erat eroganda.) comparserunt, simul etiam in *Condirectorium belli Turcici* realiter

Singulare aliquod statuum omnium interesse.

NB.

Dux Sabaudia.

NB.

Status Imperii singulariter interesse suum promouent in belli iure.

venerunt, atque ita §.*Gaudeant*.artic.8.Instrum.Pac.quoad belli jura prudentissimè expenderunt. Hinc etiam Imperialis exercitus, [*die Reichs*-armee) peculiares in Hungaria ac separatas in hostem agendi rationes habuit, illique militum corpori nomine Imperij præfuit *VVolfgang Iulius* Comes ab Hohenloë, egregius Heros: Directorium verò illius exercitus ob Imperio delatum est *Christophoro Bernhardo* Episcopo Monasteriensi, & Friderico Marchioni Durlacensi, cui consiliis bellicis adfuit maximè Strenuus Dn.*Otto de Manderoda*, Serenissimo Dn.Georgio-Wilhelmo Duci Brunsvicens.& Lyneburg. à consiliis bellicis, qui ob insignem prudentiam militarem honorem *eines Reichs-Kriegsrath* indeptus.

MEMBRVM II.

De Renouanda Matricula, & moderatione & Remissione Imperij Collectarum.

Ad articul.8. Instrum. Pac. vers. Habeantur, *verb. Renouat. matricula. verb. Collectarum.*

Quid sit matricula. *Origo matricularum.*

III. M*Atricula Imperij est Catalogus in quem Statuum Imperij nomina solenniter relata, & in quo, quantum cuique horum Imperij necessitatibus contribuere conueniens sit, expressum legitur.* Condi cœperunt matriculæ, quantum quidem ex monumentis Imperij colligere est primùm Sigismundo Imperatore seculo XV. Ex eo tamen tempore nulla constituta est certa & omni controuersiâ carens matricula. In omnibus enim post an. 1431. Comitiis vsque ad an.1521. noua quædam matricula confecta, vt proinde omnes illæ matriculæ nullum certum documentum præbeant juris Status. Nec matricula vltima an.1521. in Comitijs Wormatiensibus digesta, etsi credatur optima, & in R.I.de ann.1576. præ alijs commendata & obseruari jussa; additæ tamen tum etiam clausulæ & conditiones autoritati & fidei illius multum detrahentes, vt apparet ex §.*vvan auch zu Franckfurt*. Imo verò in Instrum.pacis h.& in Instrum.pac.Cæsareo-Gallico §.64. disertè cautum de renouanda matricula, de reducendis Statibus exemptis: Vt ita *ne hodie quidem matricula vlla Statuum Imperij, omni controuersiâ carens, extet, quod magno cum Reipublic.damno coniunctum*

Incertitudo matricularum.

Interest Imperij vtcerta.

est. (Vid. Dn. *Corring.* ad Lampad. p. 3. c. 2. §. 2. & in Differtat. de ciuibus Imperij à th. 40. vſque ad 50.) In conuentu Pacis Oſnabrugo Monaſt. an. 164[illegible] menſ April. Euangelici Status de hac re tale grauamen propoſuerunt: *Wan des H. Rom. Reichs Noturfft hiernegſt erfodern ſolte, das man ſich auch in Kriegs-Verfaſſung ſtellen müſte, &c. vverden verhoffentlich I. Kay. May.* in iſtum euentum *Ihr allergnadigſt belieben und gefallen laſſen, nicht allein Zeitlich die Verfügung Zu thun, das die Reichs* matricul *vorher erganzet, ezlicher Stände hohe Anſchläge der* Ordinari *Reichs- und Creyſſteren auf ein ertragliches und* proportionirtes moderirt, *und die* diſmembrirte circuli redintegriret *vverden,* &c. (V. *Theat. Europ.* T. 5. p. 1352.) Dn. *Speidelius* ſcripſit priuatum diſcurſum de renouatione & moderatione matriculæ, in quo ita inter cætera: *Bey vorgegangenen* Kriegſteuffren, *und da die Römer-Monat ſchier alzugemein und bekand vvorden, iſt manchen Stand bey derſelben ankündigung in ſtarcker Anzahl, und darauff gefolgter* continuation, *ehender der Seckellehr, dan gleich an der uberlag halber, die Augen eröffnet vvorden: Es hat ſich aber in der that befunden, das unangeſehen ein oder anderer Stand bey guten Land und Leuten, und zimlichen Mitteln, der ander aber* ruinirt, *verbrent, in Schulden und andern Beſchvverlichkeiten geſteckt, der erſte etvvan auch;* ſi omnia fuiſſent paria, *gegen dem andern zu gering, vnd in nicht geburender* proportion *belegt gevveſen, das dannoch der* rigor matriculæ *gebraucht, dieſelbe auch bey de Creys- vnd andern* conuenten *mit allerley* epithetis *vnd Zunahmen, auch in* ſpecie *nach einer iedern* Syllaben *gerechnet,* Matricula *ein* Materia Tricarum, Curarum & Laborum. Et aliquantò pòſt: *Zu gegenvvertigen zeiten, hat es das Anſehen das kein füglicher Mittel Zu* renouirung *der* Matricul *vnd Machung gebürender Anſchläg ſein vverde, als das ein ieder* grauirter *Stand ſeine* grauamina *bey dem* Craiß *vorbringe, ſelbiges ihre* inquiſitores *habe, vnd alsdan die befundene beſchaffenheit an die* Deputirte *vnd verordnete* Moderatores (de quibus V. *Rec. Imper. de an.* 1582. §. *Aber die erſte, &c.*) *vmb ertheilung billigmeſſigen Beſcheids gebracht vverde. Bey ſolcher Bevvandnis endlich eine rechte* Matricul, *bevorab auch vvann vorderſt die ienige Ständ, vvelche bishero zu gering angelegt gevveſen, zu einem billigen Anſchlag geſezt zu* formiren, *vnd niemand über die Gebür zu beſchvveren ſein vvird. Ob aber auch ein auf dergleichen ſchlag machende* Matricul *beſtendig oder immer vvehrend ſein könne iſt billich zu zvveifeln, dan ein oder andern orts leichtlich eine* mutatio & immutatio bonorum *geſchehen mag. Da es dan billich heiſſet* quòd diminuto territorio, *vvan einem Hern oder Stand ſeine Landſchafft geringert, auch* ob æquitatem minui debeant collectæ, &c. Et poſtea: *Vnd ſo man lezlich dieſen*

& indubitata Statuum matricula conficiatur.

Speidelij conſilium de renouanda & moderanda matricula.

Epitheta Matriculæ.

Tributa ſecundum proportionem geometricã induenda.

punðen mit renouation, mo leration *oder auch Vermehrung der* Matricul *Anschlag,recht abhelffen und ein vnklagbares machen vvill, vvird viel zeit, Mühe, Arbeit und unkosten erfordern, und vvird meines erachtens nicht allein dahin zusehen sein; dieser oder iener Stand hat so viell Land und Leute,*Ergo *kan er auch so viell erstatten,sondern es vvird* principaliter *auch auff* loci bonitatem,*und desselben einkunffi und erträglichkeit zu sehen sein. Desgleichen vvelcher Stand viel Stadt, Zöll, vveingevvachs, Erz-Berg und andere einträgliche vverck, &c.* De modo *aber ein und anders zuerfahren, vvird kein ander Mittel sein,als durch die Craiß hiebevor der zeit beliebte* Inquisitores, *und darbey vorgeschlagene* media *zugebrauchen,gestalten dan,das dieses der vveg, und vvoran es gefehlt,das nicht schon längst ein Richtigkeit in der Reichs* matricul, *befindet sich aus dem* Deputations *Abschied* de an. 1600 *§. Es ist auch bey dieser* Deputations *Handlung erregt vvorden vvie man doch einstmahls Zu erledigung der* moderations *Handlung und Richtigmachung der Reich* matricul, *daran uns und den Ständen des Reichs so viel gelegen, &c.* In fine Discursus ita Speidelius: *Dahero vveiln es ein durchgehendes vvesen und Gleichheit sein muss, erachte ich am dienlichsten Zu sein,das auf gemeinen Reichstag ein* conclusum, *vvas eigentlich in ein Anschlag zu seZen, oder zu machen sey,sonsten es gevvißich bey der alten vnordnung und ungleichheit verbleiben müste. Wan aber eine gevvisse Richtschnur, vvas alles anzuschlagen, so vvird ins künfftig keinem Stand solcher Vortheil, so viel den anschlag betrifft,helffen. Aber das ist eben der* Punct,*das man nie recht von einander kommen können, und vvird besorglich noch lang schlecht genug daher gehen:*Interim patitur iustus. Hæc Speidelius. Quod remissionem Imperij Collectarum attinet, circa illam passim motæ sunt Principum & Statuum querelæ. Quid Principes de hac re an. 1658. Francofurti ad Capitulationem Leopoldinam monuerint. Vid. *supra part. 5. Disc. 2. vbi de* iure indicendorum tributorum actum.

NB. Loci genius in indicendis tributis attendendus.

DISCVRSVS VIII.

DE

STATIBVS IMPERII EXEMPTIS.

Ad art. 8. Instr. Pac. vers. Habeantur, verb. Statibus exemptis.

IVRE ac merito Dn. *Eitel Friderich von Heerden* (in præfat. *der Grundvest des H. Reichs*) scribit: *Das nicht unbillich die blösse des vvelterhoheten Adlers zubeklagen.* Nam floridum Corpus Imperij Romani, vniuerso Orbi olim formidabile, adeò concidit, vt nonnisi paucæ illius reliquiæ (Barbaris hinc inde illud diripientibus) in Carolum M. cum titulo Imperatorio deuenerint, nempe dominium in vrbem Romam, Papam & Patrimonium Diui Petri, quod vocant. (Vide latè Dn. D. *Conringium* in eruditissimo Tract. de Germanorum Imperio Romano in tot.) Hoc axioma itaque Imperij Romani in Carolo M. ad Germanos deuenit, atque Imperatoria dignitas in fortissima hac natione, reliquo Orbi satis formidabili, adhuc hodie consistit. (Vid. Dn. *Conring.* de Finib. Imper. c. 1. & 2. Dn. *Myler.* de Statib. Imperij c. 7. & c. 8. Dn. *Limnæ.* l. 1. de Iur. Pub. cap. 0.) *Carolus* ille nomine & re Magnus, præterquam quod regnum Francorum, latissimè per Germaniam & Galliam patens, sub sceptro suo habuit, subiecit quoque sibi regnum Italiæ Longobardicæ, & tandem ad ptus reliquias Romani Imperij, quas modò diximus [Vid. latius *supra part. 1. Disc. de Imperatore Romano Germanico.*] Post Caroli huius tempora, sensim, ob intestina dissidia ex diuisionibus testamentariis, Francici Imperij robur fractum ac deinde successu temporis *Gallia*, quæ hodie Francia audit, distinctum à Germania regnum

Romani Imperij decrementa.

Reliquiæ Imperij Romani in Carolum M. translatæ.

Imperij Francici Romani ortus & incrementum.

Gallia à Germ.

mania separatur. Imperii Germanico-Romani, siue vt nunc loquimur Romano-Germanici origo einsque decrementa.

euasit (Dn. *Conring*. l. 1. de Finib. Imper. cap. 8. pag. 62. & seqq. deducit postea Franciam Occidentalem in obsequio quidem fuisse Germaniæ Regum, sed non nisi breui momento & leuiter) posterioribus quoque temporibus postquàm Imperatoria dignitas in Ottone M. Germaniæ Regibus accessit, & in perpetuum addicta est, variè etiam Romano-Germanicum Imperium decreuit, vt rectè scripserit *Crantzius* [l. 10. Saxon. cap. 8.] euisceratum esse Imperium, & adeò deplumatam Aquilam, vt cæteris animantibus sit contemptui. Id quòd etiam innuit *Bohuslaus Hassensteinius* de Romano Imperio ad Sturnum [vt refert *Reusnerus* in Ænigmatographia p. 305.]

Fulmine quæ nunquam fertur percussa volucris,
Casibus vt variis, Sturne Poeta, patet!
Perdidit hæc alas dudum, caudamque pedesque
Concessit Latio Pontificique caput.
Viscera nunc eius, vereor, ne Lilia turbent:
Altiuola flos hic perniciosus aui est.

Interesse Imperii quoad fines decrescit.

Quod à temporibus *Rudolphi I.* Imperio Romano-Germanico multum decesserit [*bey 200. vnd mehr Ort vnd Stande*] de eo vid. *Goldast.* [in Præfat. *der Reichs Handlungen*] adeò vt & ipsi Recessus Imperij decrementa illa palàm fateantur: *Das Reich ist in groß abnehmen kommen*, ait Rec. Imp. de anno 1512. in princ. De *Arelatensi Regno* siue *Burgundico* Vid. Dn. *Conring*. de Finib. Imper. l. 2. cap. 24. pag. 567. & seqq.

Regnum Arelatense.

Regnum illud Conradus Salicus Imperat. Germaniæ incorporauit, & complectitur Delphinatum, Sabaudiam, Burgundiæ Comitatum & tractum Heluetiorum [V. *Peucer*. l. 4. Chron.] Regni huius bonam partem hodie in possessione habet Rex Galliæ. Nam Capetici sanguinis Francorum Reges, Galliarum Monarchiam ambientes, variis artibus inferioris Burgundiæ ditiones omnes, exceptis Heluetiis & Allobrogibus suo adiecerunt Imperio [*Pont. Heuterus* l. 1. Rer. Burgun. p. 9] Quomodo Rex Galliæ Regnum Arelatense tempore Rudolphi I. Imp. violenter occupare annisus fuerit, vid. sp. *Lehman.* [l. 5 Chron. c. 118] *Gallici Scriptores* ius Regis Galliæ in Arelatensis Regni ditionibus verbi gratiâ. *Prouincia, Delphinatu* &c. translationibus, emptionibus, donationibus, exemptionib. &c. fulcire nituntur, quę probanda illis prius, deinde examinanda à nobis erunt (Vid. Dn. *Conring*. l. c. *Limnæ*. l. c.) *De Germanorum* iure Vid. *Goldast.* in Præfat. *der Reichshandlungen.* vbi egregiè & ex fundamento de regno Burgundiæ siue Arelatensi inter alia ita disserit: *Als der König in Fräkreich in Zvvytracht und Vneinigkeit der Teutschen Fürsten die Gelegenheit bey den haren erhascht, vnd den besten theil dieses herlichen Königreichs vnter seine klauen mit Hülff vnd Zuthuung des Pabsts von Rom, gerissen, zoge*

Controuersia de regno Arelatensi.

Pratensio Regis Galliæ in regnum Arelatense.

Germanorũ iura potiora

Quoties Germania dissidet toties interesse eius diminuitur.

Kayser Adolph von Nassau an. 1295. mit einem Teutschen Heer &c. in Franckreich den König zu bekriegen, vnd das Königreich Arles wiederumb zu dem H. Reich, als desselben getreuer Vogt vnd Gerhab zu bringen. Aber der Pabst verschaffte so viel durch König Albrechts [aus Oesterreich] anhang in Teutschland, das der Kayser Adolph von seinem Heldenmuth vnd heroischen Fürnehmen muste abstehen, die Heeresfahrt quittiren, vnd seinem Feind in Teutschland begegnen. In sequentibus dein addit, pactum inter Albertum Austriacum Imperatorem & inter Regem Galliæ, in quo Gallo Prouinciæ in hoc regno occupatæ relinquuntur. Deducit tamen idem Goldastus ex Maximiliani I. Imp. *Außschreiben vvider den Franzosen das der König in Franckreich solche Fürstenthum und Herschafften von Römischen Kayser und dem H. Reich zu rechten ordentlichen Lehen empfangen.* Idem tradit Regem Galliæ his prouincias [*Das Herzogthum VVien oder Delphinat, Prouinzen &c.*] etiam à Carolo IV. ann. 1356. feudi titulo accepisse. Goldast. eundem in extremo mentem suam declarat. *Hernach aber hat man in der That erfahren, das die nachfolgende Französische Könige das Königreich Arles mehr ἐν χειρῶν νόμῳ und Faustrecht, als auff ihr Lehen fundiret, bishero besessen und thätlich innen gehabt.* Hæc Goldastus. An hodie regni Arelatensis ditiones nempe Prouincia, Delphinatus &c. Imperij finibus sint exemptæ vid. Dn. *Conrig.* l. cit. Hodie etiam *Heluetii* nobilis olim pars regni Arelatensis, ita ab Imperio exempti sunt, vt nunquam reduci queant, per Instrum. Pac. [art. 6. Vid. *supra part.* 2 *Discurs. ad d. art.* 6.[*Belgæ* porrò olim Imperio Romano-German. fuerunt subiecti; & à Carolo V. quom Belgæ ab Imperij legibus desciuissent, superiori seculo Belgium iterum feudum Imperij fuit constitutum [Vid. *Limnæ.* l. 1. de Iur. Pub. c. 9. nu. 17. & seqq. *Rec. Imper.* de ann. 1548. §. *Nachdem dan*] Belgarum supplicem libellum, in Comitijs Spirensibus an. 1570. Rudolpho II. Imp. exhibitum vide ap. *Conring.* de Finib. Imp. Hodie septem Belgij Prouinciæ Fæderatæ, finito Bello Belgico-Hispanico, per Instrumentum Pacis inter Hispanos & Belgas ab Imperio exemptæ. [Vid. Dn. *Conring.* de Finib. Imp.] *Borussia* etiam sub Imperij fidelitate fuit (V. *Sleidan*, l. 10. Comm. *Rec Imp. Aug.* an. 1500. Tit. *Vom Hochmeister in Preüssen*, *Thuan.* l. 2. & 5. Hist.) quæ tamen postea armis ad Polonos peruenit. (V. *Conring.* de Finib. Imp.(Ducalem tamen Borussiam, quæ antea feudi titulo à Rege Poloniæ possessa, non adeò pridem Sereniss. Elector Brandeburgensis suæ familiæ reddidit hereditariam, vt acta publica testatum dederunt. *Regnum Daniæ* quoque binis vicibus olim Imperio subfuit (V. *Adam Bremens.* lib. 1. cap. 2. *Otto Frising.* l. 2. de Reb. gest. Frider. cap. 21.) *Conring.* de Finib Imper. l. 1. cap. 14 p. 193.

Gladius in manu vibratus sæpe de finib. disputat. Aliás multis Regibus ad Casas esset redeundum.

Heluetij Belgæ.

Borussi.

Imperij interesse quoad Borussiam.

& seqq. quamuis *Otto Kraghe* Nobilis Danus in Coroll. 1. Disput. 2. Select. quæst. iuris Wesembeciani sub præsid. *Dn. Johann. Otton. Taboris*, habito contradicat. Vid. *Limna* in addit. ad l. 1. (*P.* c. 9. pag. 127. 128.) Postea an. 1162. instinctu Papæ Dania ab Imperio recessit. [Vid. *Goldast in der vorrede der Reichs Satzungen*] Daniæque Reges hodie non nisi ratione Holsatiæ ad membra confluunt Imperij] *Rec Imper. Spir.* de an. 1542. §. *Dievveil aber zu diesem* ibi : *Insonders Dennemarck, als zum theil auch des H. Reichs vervvantes Muglied.*) Similiter *Hungariæ Regnum* olim inter Aquilinas plumas fuit ; non multò tamen post se asseruit in libertatem [Dn. *Conring.* l. 1. de Finib. Imp. cap. 17. p. 270. & seq.] Hodie *ist Ungern dem Teutschen Reich in nichts vervvand und zugethan.* (*Rec. Imp. Aug.* de ann. 1566. §. *Vber voriges haben.*) Porrò bonam Italiæ partem, quæ *Patrimonium D. Petri* dicitur, *Pontifex* [*Asininus Possessor & Tenuta*, vt ICti malæ fidei possessores vocant] ex fictitia donatione Constantini M. detinet. Donationem illam esse merum commentum nemo post *Baronij* confessionē (Tom. 3. Annal. sub an. Chr. 324. num. 118. & seqq.) forsan ex Hildebrandinis ampliùs dubitat. (Vid. *Vallam* in Declamat. contra Donat. Constantini M. Idem fatetur. D. *Cornelius Becker*, Consiliarius Coloniensis, in Synops. Iur. Publ.) Dn. *Conringius* in luculento Tr. de Finibus Imperij accuratè more suo ostendit, neque donationis, neque præscriptionis titulo Papam posse tueri Patrimonij S. Petri possessionem, adeoque *Imperator noster in hunc habebit perpetuam manus iniectionem, non secus ac Dominus in Barbarium Philippum.* Recuperatio itaque colorati istius Patrimonij non legibus armatis, sed armis decoratis demandanda videtur. O vtinam Carolus V. Imp. superiori seculo, captâ Româ, in persequendo jure suo auito perstitisset, cusus tum fuit nummus cum hac inscriptione : IN SPEM PRISCI HONORIS [teste *Luckio* in Numismat.] Veniet tandem illa dies, quo penitus cadet Babylon. Nos meritò cum Friderico II. Imp. Pontifici insusurramus : *Italia hereditas Imperatoris est, & hoc notum est toti Orbi* [*Goldast.* Tom. 3. Constit. pag. 658.] Italia non habet Regem nisi Cæsarem ; quod Pius IV. Pontifex, cum Cosmum Medicem, Florentinorum Principem, Regem creare vellet à Maximiliano II. audire coactus est. Hancque in Italiam potestatem, cum Pius V. Cosmum Magnum Hetruriæ Ducem creasset Cæsar vindicauit, protestando per Oratores suos, additis minis, si Pontifex vlterius Imperij jura inuaderet. (*Thuan.* l. 46. Histor.) *Livonia* etiam olim pertinuit ad Imperium, pòst ad Polonos deuenit (Vid. *Conring.* de Finib. Imper.) Duas tertias ejus, Lettiam & Estoniam, hodie finito Bello Sueco-Polonico Sueci possident, tertia verò Curlandia adhuc habet pecu-

Papa Malæ fidei possessor Donatio Cōstantini M.

Interesse Imperij ratione terrarum Papalium.

Notabilis Caroli V. nummus.

Interesse Imperij ratione Italiæ.

iuoni.

liarem

liarem, Ducem, qui est vasallus Regis Poloniæ. *Mediolânensis* Ducatus adhuc Imperio subest. (V. *Conring.* de Finib. Imper. l.2. cap.23. p.511. & seqq.: *Meiland ist des H. Reichs Eigenthumb. Rec. Imper Norib.* de an.1542. § *Und wie nun I. Kay. May.*) uti & *Mantuanus*. Mantua *ist eine Kayser Statt* (Papa Clemens VII. ap. *Hortleder* de Caus. Bell. Germ. l.1. 15 p.76.) *der Herzog des H. Reichs Lehenman* (*Hortleder* d.l.1.c.27. p.105. Vid. *Conring* l.2. de Finib. Imper. cap.23. p.526. & seqq.) Et hoc ius contra Gallos asseruit Ferdinandus II. Imper. in bello Mantuano ann 1629. In Comitiis Electoralibus ann.1630. Electores ita ad Imperatorem : *Das Herzogthumb* Mantua *und* Montferrat *seind zwar zu des Reichs* Patrimonio *gehörig aber Sie sind doch keine Mitglieder und Stände desselben, und hat das Reich ausser des* iuris feudalis, *sonsten einigen Nuz oder Vortheil nicht daran* (Vid Domin. Limnæ, ad Capitulat. p. 617.) *Meta Mez, Tullum, Virodunum* Superiori seculo Henricus II. Rex Galliæ occupauit, & per Instrumentum Pacis Cæsareo-Gallicum hodie absoluto & pleno dominio possidet. *Moguntia* olim fuit libera & Imperialis Ciuitas, quæ ann.1462. d.27. Octobr. ab Adolpho Comite Nassouiæ, proditione nonnullorum Ciuium, fuit occupata, & sub iugum reducta. (*Kyriander.* part. 17. Annal. Treuir. part. 195.) *Hiemit ist die alte, herliche, und berümbte Statt Meinz, bieuor dem Reich gehörig, ein Fürstenstatt worden ; unter das Ioch gebunden, und dem Adler aber eine Feder entfallen.* (*Stumpf.* l. 2. der *Schweizer. Chron.* cap. 37. De *Donnawerda* Vid. *supra part.2. Disc. de Causa Donnawerdensi.* Ciuitatem *Bremensem* Rex Sueciæ hodie quoque eximere tentat, quod ne fiat, & Imperij & Vicinorum interesse rerum gnari iudicant. De *Mutina* ac *Regij* Principatu Vid. *Conring.* d. tr: p.523. De *Polonia* itidem Conrin. l.1. de Finib. cap.18. part.307. De Ciuitate Frisiæ Orientalis *Embden* in *Rec. Imperij Ratisbon.* de an.1603. §. *und demnach nuir* dicitur : *Embden hat vom Reich zu den unirten Staden einen Absprung genommen.* Ciuitas tamen hæc (licet præsidium à Fœderatis Belgis receperit) tamen sui adhuc iuris est, & ann. 1663 mens. Nouemb. quum Groningâ discederem Sereniss. Principi Frisiæ Orientalis *Georgio Christiano* homagium præstitit. Hæc ciuitas, ob insignia iura & priuilegia absolutæ Reipublic. faciem pæne gerit & quidam ex Groningensibus Proceribus tum de hoc præstito Emdensium homagio, in itinere ad me dicebat, *Es kehme ihm solches eben so vor als wen die kinder mit Puppen spieleten* ; hoc videlicet innuens, homagium istud non multum subiectionis importare. (Vid. plur. de attenuatis Imperij limitibus apud Dn. *Conringium* Tr. de finibus Imper. *Zachar. Victor.* de Exemptionibus & *Limnæ* l.1. I. P. cap.9. & ibi addit.) De reducendis Statibus & Membris Imperij exemptis

Mediolanensis & Mantuanus Ducatus adhuc finibus Imperij continentur.

Potest quis esse Membrum Imperij, licet non sit Status Imperij.

Mez. Tull. Verdun.

Mainz.

Embden.

deliberatio, hic in Instrum. Pac. ad proxima Comitia rejicitur, quæ vt tandem (puncto securitatis & publicæ defensionis bene constituto) suscipiatur omnes quorum pectora Germanico sanguine incalescunt, seriò exoptant. In Comitiis de ann. 1653. 54. nihil adhuc de hac re conclusum. Et licèt hic punctus in instrum. Pac. ad Comitia sit remissus; postea tamen in Capitul. Leopoldi Electores contra mentem Instrumenti Pacis nonnihil disposuerunt: *Das nemlich dergleichen mit Rath, Hülff vnd Beystand der Sieben Churfürsten allein, oder nach Gelegenheit der Sachen, anderer Fürsten vnd Stände iederZeit an die hand Zu nehmen.* art. 22. Capit. (*Dn. de Heerden. p. 290.*)

DISCVRSVS IX.

DE REFORMATIONE Iustitiæ.

Ad art. 8. Instrum. Pac. versicul. Habeantur, verb. Reformat. iustit.

Reformatio Politiæ.

I. AGENDVM iam esset prius de *Reformatione Politiæ;* Cæterùm hunc punctum in alium commodiorem Tractatum nobis reseruabimus. De hoc autem articulo in Comitiis Ratisbon. de ann. 1653. 54. ita conclusum: *Das man die pollicey Ordnung* de an. 1530. *vnd deren Verbesserung* de ann. 1548. 1577. *durchgehen vnd dahin sehen solte* quomodo defectus contrarij sint tollendi. *In Rec. Imper. de ann.* 1654. res hæc singulis Circulis commissa, *vvelche vvas sie dißfals für Rathsam befunden, noch vor dem* Prorogirten *Reichstag nach Franckfurt Zur* Ordinari Deputation *vberschicken solten.* (*Dom. de Heerden. in der Grundvest. des H. Reichs.* p. 288.) Tametsi verò vnus vel alter Circulus hoc officio fuerit functus, tamen in vniuersum nullam videmus adhuc huius puncti iustam Ordinationem. Nos iam transimus ad

punctum *Reformationis Iustitiæ.*

II. Hic punctus siue articulus in Comitiis de an. 1654. inprimis in deliberationem venit, vt Recessus Imp. de an. 1654. satis cuilibet ob oculos ponit. Summa capita emendati Processus Cameralis in isto Recessu sunt hæc: (1.) Olim *Citationes ad Reassumendum* in Camera locum habebant, si actor vel reus aut Procuratores moriebantur. Hodie verò istæ citationes non amplius locum obtinent, sed mandata Procuratoria statim ab initio in hæredes concipi, vt & substitutio in mandato Procuratoris in casu mortis in alium procuratorem fieri debet. [*Rec. Imp.* de an. 1654. §. 92. 93.] Nihilominus adhuc hodie sæpius locus est citationi ad reassumendam causam [1.] in causis antiquis, in quibus ad conclusionem res nondum peruenit, & quæ per mortem alterius partis desertæ sunt, si procuratorium, quale id per istum Recessum in causis nouis requiritur, non exhibitum sit. Nempe in illis procuratoria exhibita, cum causæ introducerentur, non talia erant, qualia hodie, nec vel in heredes concepta erant, nec substitutionem continebant. Neque necessarium videtur, sine citatione ad reassumendum novum procuratorium substituere, in vicem veteris iam ante probati. Leges enim & constitutiones futuris dant formam negotiis, non ad facta præterita reuocantur, nisi nominatim de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum sit. [V. l. 7. C. de Legib. d. *Recess.* §. 101. verb. *Es sollen ins künfftig.*] Quare qui tale procuratorium, quod in judicio Camerali acceptatum exhibuit, is alium procuratorem priori substituere non tenetur, (arg. §. *Als auch vveiter.* verb. *Sollen künfftig*) quomodo & responderunt *Dnn. Camerales* in causa W. contra B. 8. Ian. 1657. teste *Dn. Eriro Mauritio* [in Diss. de Citat. ad Reassum. th. 22.] [2.] Si neutrius partis apud acta Procurator existat. (*Rec. Deput. Spir.* §. *Gleicher massen.* Annot. ad *Roding.* l. 3. artic. 35. §. *In causis antiquis.*) (3.) In omnibus causis siue nouis siue antiquis, si mortuo Principali vita fungatur etiam Procurator, qui cauerit saltem de mandato sufficienti impetrando, nec impetrauerit tamen, vel non exhibuerit ante mortem, tum enim citatione ad reassumendum opus erit. Cautio enim præstita nullum hactenus substitutum obligauit, contra quem lis continuari possit. [vid. *Roding.* l. c. id quod etiam constituere videtur R. de an. 1654. §. *Damit auch*, verb. *Sondern wen anders das* Procuratorium *vornenhero von dem bestelten* Procuratore *Gerichtlich* produciret *vvorden.* *Dn. Maurit.* l. c. vid. pl. Dn. *Bluminum* de Process. Camer. tit. 67. num. 71. & seqq.] In Iudic. Aulico Imperiali citationis ad reassumendum vsus sine restrictione adhuc hodie durat, vt *Dn. Maurit.* ann. 1954. 1955. post dictum Recessum plus vice simplici observauit;

Compendiũ Recess. Imp. de an. 1654. quoad emendationem iustitiæ.

Citatio ad reassumendum.

An adhuc hodie habeat vsum in Camera Spirensi?

Citatio ad reassumendum hodie adhuc in iudicio Aulico viget.

Et soli adhuc ibi respiciuntur litigantes, vnde incipit Procuratorium *Ich bekenne das Ich in allen meinen am Kayserl. Reichshoffrath hangenden Sachen*, &c. nullâ factâ heredis mentione. Neque etiam substitutio Procuratoria hodie in judicio Aulico est recepta, vbi nec *Residentes*, qui Electorum, nec *Agentes*, qui Principum Imperij plerunque Procuratores sunt, substitutos suos habere tenentur. (Dom. *Maurit.* l. c. th. 11.) vt vel *ex hoc appareat nondum eundem Processum per omnia obseruari in iudicio Aulico, qui obseruatur in Camera, quod tamen iuxta Instrumentum Pacis* (art. 5. §. 20. vers. *Quoad Processum*) *fieri par erat.* Hæc de citatione reassumendum.

Libellus hodie supplicationi pro decernẽdis Processibus adiungitur.

III. (2) Olim in Camera Citationem sequebatur libelli oblatio, sed iure nouo *libellus* cum supplica, pro Citatione iudici primum dein reo cum citatione simul offerri debet. (*Rec. Imp.* de an. 1654. §. 28. 34.) Aliàs reus comparere non tenetur d. §. 34. Deinde in primo termino libellus cum is reo insinuatus, soli iudici, qui libellum antea oblatum cum decretis Processibus restituerat, iterum offertur. (*Blumius* de Proc. Cam. tit. 65. num. 11. tit. 68. num. 26.) In Citatione etiam ex L. *Diffamari* in Camera non solùm diffamantes denominari, verùm etiam diffamatio scripto aliisve probationibus doceri debet, (*d. Recess.* §. *Cammer Richter*, 83.) Et si plures sint diffamantes, cunctos nominatim specificari oportet. (d. §. 83)

Punctus Contumaciæ

IV. [3.] Actori contra reum contumacem olim tres viæ. 1. ad Bannum. 2. ad immissionem bonorum ex primo decreto. 3. vel in causa principali procedendi, patebant. Duabus prioribus vijs hodie sublatis duntaxat in causa Principali procedere licet, quum reliquæ viæ multa incommoda secum traherent, & causa principalis cum maximo litigantium damno diu indicisa retardaretur. (*Rec. Imp.* de ann. 1654. §. 36.) Domin. *Blum.* d. Tr. tit. 66. num. 53. 54. qui nu. 55. exceptionem tradit.)

Terminus in Citatione præfixus.

V. (4) Dies citationis olim fuit arbitrarius. Hodie terminus comparitionis est ad minimum 60. dierum, (*Rec. Imp.* de an. 1654. §. 36.) quò reo satis amplum sit spatium, se ad sui defensionem præparandi ac deliberandi, vtrum cedere an contendere velit. Atque hi 60. dies hodie in omnibus citationibus tam simplicis querelæ, quàm Appellationum præfigi solent. Exceptio est 1. in Citationibus ad reassum.2. in citationibus mandatis S. C. annexis, in quibus vtriusque tantùm 30. dies ad comparendum præfiguntur. 3 Præmemorati dies 60. abbreuiantur, si ciues Spirenses vel alij in locis Spiræ proximè vicinis in Camera litigant. (Domin. *Blum.* d. Tract. tit. 65. numer. 28. 29.

Libellus hodie tantũ est summarius.

VI. (5.) Olim libellus fuit vel summarius vel articulatus. Hunc modũ

articulandi ius Iustinianeum ignorauit, & is per Glossam & Doctores est introductus. At cum partes earumque Aduocati malitiosâ libidine litigandi, litesque protrahendi imbuti, Præmemorato articulandi modo nimirum abuterentur, in Comitijs, an. 1654. celebratis, vniuersis Imperij Statibus placuit illum abrogare [R. *I. de an.* 1654. §. *Diesem nechst Es sollen auch*. §. *Zu Beförderung*, §. *zu dermahliger*.) Licet adhuc in quorundam Statuum iudicijs contra alleg. text. ille articulandi modus obseruetur. [Dn. *Blum*. tit. 68. num. 6.] Articulandi modus ideo est abrogatus. [I.] quia factum per simplicem aliquam narrationem æquè clarè, quàm per articulos potest proponi. [II.] quia Processus per articulatos libellos potius impeditus. Nam [1.] post libellum exhibitum primùm de responsione rei agendum, quia finis articulati libelli est releuatio ab onere probandi, vbi reus excipit, articulos esse ex se non iuris vagos, dubios, impertinentes, captiosos, facti alieni, illatiuos, irresponsales, &c. Actor è contrario negat, Reus excipit, Actor replicat, requiritur interlocutoria. Deinde responsiones ipsæ, si videntur articulanti insufficientes, nimis generales conditionatæ aut vitiis affectæ, ille excipit, iterum requiritur interlocutoria. Denique ad impositionem juramentorum dandorum & respondendorum requiruntur termini & interlocutiones [2.] idem processus in persona rei quoad defensionales & elisiuos obtinet. Dantur interdum [3.] ab actore additionales, atque superadditionales, Et (4.) à reo elisivi. & superelisivi hinc requiruntur peculiares termini, interlocutoriæ, juramenta & Procuratorum ordo. [III.] Quia probatio impeditur, cùm singula classis articulorum peculiarem requirat probationem. Hinc disputationes super Commissariorum reprobatione vel admissione, imò & ipsâ probatione, inde confusio ac multitudo probationum. [IV.] quia simplex narratio facti, non ita sumptuosa [vid. Dn. *Blum*. l.c. n. 7.]

Quare articulati libelli sint abrogati.

VII. 6. Olim in camera quatuor concedebantur Dilationes probandi. (*Ord. Cam.* p. 3. tit. 16. § *Was aber Rec. Dep.* de ann. 1600. §. *Ob Wol.*) Hodie quartâ dilatione abrogatâ tres duntaxat conceduntur, & quæ olim in secunda & tertia obseruabantur, hodie in sola secunda & quæ in quarta, hodie in tertia obseruanda. *Rec Imp.* de ann. 1654. §. *Den* punctum probationum. Olim dilationem quartam petituris peculiare mandatum requirebatur R. I. de an. 1580. *zur* resolution quod hodie arg. d. §. *Den*. punctum in tertia sine dubio locum habet. 7. Olim prorogatio prorogationum peti poterat *Rec. Imp.* de an. 1594. §. *Solten sich*. Hodie prorogatione semel obtentâ vlteriorem prorogationem regulariter petere non licet. *Rec. Imp.* de an. 1654. §. *zum achten*. vide Dn. *Blum*. d. Tr. tit. 76. num. 27. 8. Quod exte-

Hodie tantùm tres conceduntur dilationes probandi.

Prorogationẽ prorogationũ petere non licet

Ius Camerale nouissimum quoad exceptiones.

Gentibus vt ait *Forstn.* in Epist. Quare nunc è Septentrione, vagina illa migrantium gentium, non amplius emigrant populi? Quare hodie non existit Scriptor, qui ad *Wolfgangi* Lazij exemplum, de Migratione gentium recentiorum conscribat aliquem Tractatum? Nimirum veteres Germani pelli vrsinæ incumbebant (vnde vox *Berenheüter* adhuc significat apud Germanos hominem, qui bonas horas dierum segniter atque socorditer terit] ferarum terga fatigabant hasta, atque agrorum cultum spernentes ex rapto tantum viuebant. Hinc, quum audirent Gallicas & Italas terras omni opum genere esse abundantes, ingentibus exercitibus illas fortunatas regiones petierunt. Cæterùm postea Germani, commerciorum & agriculturæ vsum edocti, & ipsi sapere ab alijs didicerunt, atque res suas per commercia & agriculturam in immensum promoverunt. Tum demum in Germaniâ magnæ conditæ Vrbes fœderaque ad promouenda commercia sancita. Hinc quum hodierni Germani non amplius sub pellibus per quatuor palos expansis (vnde domus nomine *der vier Pfale* adhuc in Saxonia venit] habitent sed quilibet, tam in Vrbibus quàm pagis, cum familiâ suâ ædes varia suppellectile instructas *Hieran syn de Lüden vast gespickert* ait *Piccardus* in Chronico Drentiæ) incolat, in promptu causa est, quare hodie florentibus vndique commerciis & bonorum copiis, non amplius huiusmodi migrationes suscipientur. Prædictus *Picardus* in Antiquitatibus Frisiæ veteris ita (pag 13) hac de re: *De Lieden sitten nu te vast: zy hebben hare Kostelycke huysen, eygene Landen, Kostelyck Huysraedt, fraeye Kleederen vytstaende Schulden, duere Waren en Koopmanschappen, Landen en Ackers vol Koorn, oock Goudt, Syluer en Kleynodien: hieraen zyn de Menschen gespickert en vast genagelt, Want Waer des Menschen Schat is daer is ock Zyn Hert. En Wie sonde soo*

Quare hodie gentes non migrant de prouincia in prouinciam. Interest Imperij vt cōmercia omnimodo in eo promoueantur.

geck Willen Zyn, en verlaeten dit seckere, dat men alreede heeft, op Hope van een onsekere, dat men noch niet en heeft: Herbeneffens soo Zyn de Menschen nu ter tijdt Wyser, voorsichtiger en oock rycker, om't gene Zy besitten alsoo te bevvaren, dat et concept van andere Landen af te loopen niet anders en is, als eenen roof voor de Helle van daen te halen. &c. Quum itaque Germania felicitatem suam externam præcipuè commercijs debeat: non immerito Proceres Germaniæ finito bello de instaurandis ac promouendis rursus commerciis deque impedimentis eorum tollendis in h. articul. 8. Instrumen. Pac. solliciti fuerunt.

Brabantina Bulla.

II. Sublatus est itaque hic in Instrum. Pacis *abusus Brabantinæ Bullæ*, ac indebita vectigalia grauissima de causa hic prohibita fuerunt. (*Aur. Bull.* tit. 17. in fin. *Rec. Imp.* de ann. 1576. §. *Weiter sind. Wir.* ibi: *So zu Wasser und Land, daher ist der Brabantinischen Bullen Misbrauch abgeschafft. V. Instrum. Pac. Gallic.* artic. 10. §. 15. vbi etjam nauigationi Rheni liberæ circa Brisacum & Philippiburgum bene cautum. (Quæritur *quid per Brabantinam Bullam intelligatur? Speidelius* [in Notabilib. verb. *Braband.)* mentionem facit priuilegij, quod Duces Brabantiæ à Carolo IV. Imper. impetrarunt, de non euocandis subditis Brabantiæ, priuilegiumque illud integrum exhibet Dn. *Limnæ*, l. 5. de I. P. c. 2. num. 20.) illud ipsum priuilegium dicitur Brabantina Bulla. Quantum autem intersit Imperij, ne illa Bulla, vt antea ab Hispanicis Gubernatoribus Bruxellis factum, vlterius, quâm par est extendatur, perspicere possumus ex Recess. Imper. de an. 1641. §. *Nachdem auch die Stände des Niederlandisch-Westphälichen Creyses sich izo abermahln gar hoch beklagt, das die Brabantische Regierung zu Brüssel, vnterm Vorvvand eines von Kayser Carl dem Vierten erhaltenen* priuilegij, *Welches sie die Brabantische Güldene Bull nennen, ihnen allerhand vnleidentliche Beschvverung zufügeten, &c. ob schon der schuldige an solchem ort sich befindet, die Obrigkeitliche Erkantnis nicht verstatten Wollen, und zu dessen Behaubtung mit so schvveren* repressalien de facto *verfahren, das offtmalhs in einer Sach Welche nur* 100. *fl Werth bey* 10000. *fl. oder mehr* tertiis innocentibus *vorenthalten und eingeZogen, auch die in die Benachbarte Lande mit gevvafneter hand gerukt, und Adeliche Häuser und Schlösser mehrmals* occupirt *und eingenommen Worden; solches alles aber dem Gemeinen Rechten, Reichs-Sazungen, dem Vertrag von an.* 1548. *auch dem Wahren Verstand, des angezogenen* priuilegij *selbst vvieder laufft, &c. So haben Wir. &c.* Vid. pl. in d. Imp. Recess. Idem hic repetitur in Instr. Pacis. Conf. *Capitul. Leopoldi* art. 6. ad quem Principes & Status an. 1657. Francofurti tale monitum post verba: *Und iezgemelten Friedenschlussz*: addiderunt:

Interest Imperij statuũ vt Brabantina Bulla tollatur.

tunt:

ruat: *Und dergestalt wieder eingestellet werde, das weil denen vor diesen zum oefftern gethanen gütlichen erinnerungen kein Plaz gegeben(ohnangesehen sich der Burgundische Gesandter vor diesen und sonderlich uff dem Reichstage* de an. 1603. *erklähret das* priuilegium *anderer gestalt nicht dan* de non euocando in personalibus secundum ius commune *Zuverstehen) sondern mit den geklagten Beschwerden, repressalien und* excessibus *verfahren worden, ein Römischer Kayser tragenden Ambts wegen die betrangte klagende Reichsstände unter solchen gewaltsamen proceduren langer nicht erliegen oder Trost und Hülfloss lassen; vielmehr aber ohn VerZug denen derenthalben vorlängst ausgegangenen Kayserl* Mandatis, Rescriptis, *und* decretis effective *nachkommmen, und Zu auffnebung auch* Cassation *der also genanten Güldenen Bull und gegen die Verursacher uff den Nothfall mit* repressalien, *erklährender Acht, &c. mit des gesambten Reichs und der Kraysen Kriegs mitteln, so viel zu Erhaltung I. Kay May. und des H. Röm. Reichs* autoritet *und* reputation *erspreiesslich sein wird, zu Hintertreibung solcher* Proceduren *und Verhütung ins künfftig nach inhalt der Reichs-*constitutionen, *des* Instrumenti Pacis, *und dieser Wahl* Capitulation *wircklich verfahren wolle.*

Posta:

III. Sublata porrò sunt hic in Instrumen. Pac. immoderata Postarum onera. De Origine Postarum contra Orlandum Maluoltam vid. Dn. *Forstner.* ad Tacit. p. 125. *Stamler.* de Reseruat. p. 238. 239. & inprimis de totâ Postarum materia Tr. *Ludouici ab Hörnigk.* de Iur. Postar. Præfecti Postarum hodie sunt *Comites de Taxis* vel *Tassis*, Bruxellis habitantes, qui dicuntur *Erb-General Reichs-Postmeister*, qui hoc officium in feudum agnoscunt. Hi suos habent Subministros, vulgò *Postmeister*, quos certos salario conducere solent, vt officinis Postarum maximè celebribus (qualis est *Francofurtensis, Argentoratensis, Coloniensis, Rheinhusiana, Augustana, Norimbergensis, Viennensis, Bremensis, Hamburgensis*) summa cum fidelitate præsint, cursorumque accuratam gerant curam. In hereditariis verò Imperatoris prouincijs supremus Magister Postarum in Aulâ Cæsareâ hodie est *Comes de Baar*. Multum sanè *Imperij interest, vt & Postæ illæ bene disponantur & peregrinantes ab illarum Præfectis non nimium onerentur.* Imperator *Matthias* in Mandato sub dato *Prag* de an. 1616. emisso ita in princip. *Euch ist ohn weitleufftige Erinnerung ohn-verborgen, wie mercklich viel Uns und dem H. Reich, auch allen desselben Churfürsten, Fürsten, Ständen, Mitgliedern, an ordentlich und richtiger Bestell des gemeinen Postwesens, was auch dargegen: da darüber nicht gebürliche Handhabung erfolget, ja zu zeiten für Beschwer und Ungelegenheiten entstehen,* Principes & Status ann. 1658. Francofurti ad Capit. Leopold. art. 35. tertio loco ita monuerunt: *Das die Postmeister, Posthalter und*

Interesse Imperii circa Postas.

Post-Bediente denen ienigen Chur Fürsten, Fürsten und Ständen in Welcher Landen Gebiet und Stadten sie ihre Postämbter exerciten *und Wohnen, verpflicht sein, und durch dieselbe dem Uralter Herkommen und Bothen gebrauch einiger eintracht und Verhinderung nicht zugefügt, sondern disfals alle und iede Stande bey ihren vor dem iüngsten Krieg gehabten Freyheiten, Wie auch freybesizlichen Gebrauch, Rechten,* priuilegien, *und zum theil desvvegen vorgangenen sonderbahren* Pacten *und* verträgen ohn perturbirt *gelassen, und* respectiuè *Weiniger nicht Chur Fürsten Fürsten, und Ständen, und dero sonderlich uff Reichs* conuenten *habende Gesandschafften mit den Brief und Postgeldern nicht beschvveret noch übernommen, auch sonsten das ienige gebürlich beobachtet, und vollzogen Werden solle, Was dieses puncts halben bey künfftigen Reichstage geschlossen Wird.*

Vectigalia. IV. Porrò in Instrumento Pacis prouisum ne commercia Imperij ex vectigalibus aliquid detrimenti accipiant. Vectigalium instituendorum potestas olim fuit Cæsaris, vel potius Regis Germanici. Diminutâ sequentibus temporibus Cæsarum auctoritate res in eum statum sunt deductæ, in quo hodie sunt, hodieque vectigalia omnia in priuatam possessionem Ordinum Imperij concesserunt *Vectigalium concessio* siue institutio licet non omnium ordinum, certè *Electorum consensum hodie necessariò postulat. (Capitul. Ferdin. III. §. Ih. Mai, solten und Wolten auch:* & *§. Und Were es Sache. Capitul. Ferdin. III.* art.20. V. *Instr. Pac. hic.* verb. *Electorum consensu)* Immunitates etjam à vectigalibus Principum non possunt temerè ab Imperatore cócedi. Hinc Principes & Status ann. 1658. Francofurti ad articul. 24. Capitul. Leopol. monuerunt : *Das in den Zollsachen dem Cammergericht* die concurrentia iurisdictionis *nicht Zuentziehen,* exemptiones *Befehle und* priuilegia *Zu* præiudiz *ihrer der Chur Fürsten, Fürsten und Stände Zollgerechtigkeiten, sie sein zu Wasser oder zu Lande nicht zubeschvveren.* Ad artic. 22. monuerunt *Das der Künfftige Römische Kayser an den Schiffbaren Ströhmen nicht verstatte, Was den Chur-Fürsten und Städten Zu Schaden und schmählerung ihrer* regalien *und anderer Gerechtigkeit und herbringens gereichet.* Conuenienter autem Instrumento Pacis eadem Capitul. art. 21. cautum, *Wegen Abschaffung derer aus eigenmächtiger* autoritet *eingefüreten unrechtmessigen zöllen,* Imposten *und* Licenten.

Imperij Interesse quoad vectigalia. Non parum interesset ad commercia communi Germaniæ bono promouenda, vt hæc salutaris constitutio in bonum vsum veniret, & vetera vectigalia moderarentur & adæquitatem reducerentur. Cæterùm priuatum commodum in multis hic communi hodie prævalet. Optimum circa hanc rem consilium suppeditat *Dn. de Heerden.* (in *der Grundvest. des Reichs* part. 3. c. 8. in

fin.) Der alten Zölle Mensur *bestehet darin, das nicht viel mehr zoll zu fordern nachgelassen Werde, als Was man etwa auf* reparir *und Versicherung der Oerter, Worvon derselbige zu geben notwendig, und in Warhrheit verwendet: Die Neuen Zöll aber Weren anderer gestalt nicht, dan Wan zuvor die* interessirte *darüber gehört, Zuverschreiben.*

Glückstadischer Zoll.

V. Notandum hic, quod ann. 1630. inter Regem Daniæ & Ciuitatem Hamburg. de vectigali Tychopolitano controuersia orta sit, de qua vid. *Theat. Europ.* [Tom. 5. fol. 62. & seqq. fol. 89. & seqq. & fol 964. 1010.] Lis hæc an. 1645. sopita & vectigal in eum statum reductum in quo an. 1603. fuit. [Vid. *Topograph. Infer. Saxon.* verb. *Gluckstatt.*] Major controuersia orta post conclusam Pacem de telonio Comiti Oldenburgensi in Visurgi concesso, & per Instrumentum Pacis h. confirmato. *Historia* talis est: Imperator Ferdinandus II. consensu Electorum Antonio Günthero Comiti Oldenburgensi ann. 1623. de vlt Mart. nouum telonium in Visurgi fluuio in feudum Imperij concessit, & diploma huius noui vectigalis Cameræ Spirensi in vim legis publicæ & pragmaticæ sanctionis insinuari fecit, vt inposterum secundum illud pronunciaret. Factum hoc d. 17. May. Inde Dn. Comes an. 1624. prope *Elsfleth* signum noui telonij in territorio suo erigi curauit, ac vectigal exigi iussit, vt ita noui indepti iuris possessionem occuparet & inposterum continuaret. Ius hoc de nouo postea ann. 1638. & 1643. Comitibus confirmauit eosque de illo inuestiuit Ferdinandus III. Imp. ac vt eo firmius Dn. Comitibus tale jus stabiliretur Instrumento Pacis an. 1647. d. 18. Iul. cum duarum interessentium Regum Daniæ & Sueciæ consensu illud insertum, & ita plenissimè corroboratum. Anno quidem 1649. d. 8. Febr. quum Ratificationes Pacis Imperatoris, Regis Sueciæ & Statuum inuicem commutarentur; nomine Ciuitatum Lubeca cum ratificationem exhiberet ita circa hunc punctum excepit: *Weil bewust daß das Reichs-Stattische* Collegium *den* prætendirenden *Oldenburgischen Weserzoll niemahln* approbiret *sondern deshalben einige* declaration *und* Protestation-*Schrifft von dem Statt Cölnischen Gesandten als* pro *Reichs-Stätt* Directore *eingelieffert: So Wolte man sothane* declarationem *und* dissensum in solennissimo hoc actu & conuentu *hiemit nochmahln Wiederholet, benebenst feyerlich* contestiret *haben, das durch die* extraditende *Reichs Stattische* Ratificationes *man dauon keines Weges abgeWichen, noch ermeltes Zolls* insertionem *darunter begriffen, Weinigers aber zu selbiger* guaranda *sich einiger massen verstanden oder verbunden haben Wolte:* de eo semel pro semper protestando. Ad ea Imperij Directorium in hunc modum: *Das man dergleichen* Exception *nicht*

Cõtrouersia de telonio Oldenburgensi in Visurgi.

Historia huius controuersiæ.

Protestatio contra acta publica non valet.

geſtendig ſeyn könte, es Were einmahl eine verglichene Sach auch bey der ſubſcription *Wiederſprochen, dannenhero es nochmahls dabey gelaſſen Werden ſolte.* Ciuitates dein Declarationis illius, quam Moguntinus à Colonienſium Legato recipere recuſarat, contenta publicè repetierunt, eamque publicis actis inſeri petierunt; Id quod tamen mordicus Moguntinus negauit. (Vid. *Theat. Europa.* Tom. 6. pag. 656.) Huic vectigalis exactioni Bremenſes ſe ſemper ſumma vi & animorum contentione oppoſuerunt. *Fundamenta Bremenſium ſunt hæc*: 1. Ciuitati à quingentis & amplius annis competere priuilegium pacificandi, protegendi ac defendendi ſtratam Regiam Wiſeram ex vtraque parte littoris à Ciuitate vſque ad ſalſum mare, nec non mercatores cum ſuis nauibus & mercimonijs ciuitatem adeuntes, & ea recedentes conducendi, eoque ab omnibus Imperatoribus confirmato ſe hactenus quietè in iſto fluuio in conſpectu totius viciniæ, totius Imperij, totius mundi fuiſſe vſos. 2. Quum Avus Domin. Comitis Antonij Güntheri ann. 1562. vectigal in Viſurgi ab Imperatore flagitaret, idemque ann. 1612. prædictus Dom. Comes tentaret, Ciuitatem ſe oppoſuiſſe, adeòque conceſſionem iſtius vectigalis à Ferdinando II. cum conſenſu Electorum ann. 1623. factam, quum Ciuitatis iura lædat, de iure non poſſe ſubſiſtere. 3. Ferdinandum I. (ann. 1562.) Maximilianum II. (ann. 1570. & 76.) Rudolphum II. (ann. 1572. & 81.) Imperatores etiam idem probantibus Domin. Electoribus, vectigalis eiuſmodi indultum propterea denegaſſe, ob has inſuper rationes: *Weil dadurch die Vnterthanen und Einvvohner Teutſcher* nation *zum högſten beläſtigt und außgeſchopfet, die Wahren erſteigert Wurden, der Röm. Kayſerl. May. und denen Chur fürſten allerhand Nachreden entſtünden, andern Zu gleichen Außuchungen Vrſach gegeben Würde; Zudem die benachbarte anrürende Konige, Fürſten, Landſchafften, Stätte und* Communen, *ſo dadurch mit beſchvveret, gleichfals Zoll und Vfflagen in ihren Landen und Gebieten gegen der Teutſchen* Nation *anzuſtellen und fürzunehmen vrſach ſchöpffen Würden.* 4. Ipſum Ferdinandum II. Imperat. ſtatim poſt vectigalis illius conceſſionem ann. 1624. die 3. April. ad inſtantiam Archi-Epiſcopi Bremenſis nouam Commiſſionem ad indagationem cauſarum vnà cum inhibitione contra Domin. Comitem, ne pendente commiſſione, quicquam in hac cauſa attentaret, decreuiſſe, & tandem ann. 1629. die 3. Maij hanc grauem cauſam in iudicium Aulicum auocaſſe, ac dein Citationes emiſiſſe. 5. Quum ann. 1629. Domin. Comes apud Imperatorem quereretur, à Bremenſibus ſe vi maiore prohiberi, quo minus vectigal exigeret; atque inſuper peteret vt Cæſarea Maieſtas Ciuitati mandaret, vt

Fundamẽta Bremenſium

Iuriſdictio hodie datur in Fluminibus.

Noua vectigalia nõ debent temere inſtitui.

iure conducendi mercatorias naues abstineat & naues bellicas maiores domum reducat; Imperatorem d. 4. April. ann. 1630. interposito decreto declarasse : *Das sie nicht befunden Wie sie dem H. Graffen in diesen* petito *stat geben könten*, &c. 6. Ferdinandum porrò III. Imper. ann. 1640. die 4. April. post relationem ex actis Ciuitatis oppositionem approbasse, atque agnouisse : *Das der H. Graff vor allen dingen schuldig an dem Kayserl. Hoff gnugsam zu erWeisen, das ihm die Obrigkeitliche* iurisdiction *uff dem Weserstrohm, an dem Orth, Wo er den Zoll anzurichten Willens* (in quo etiam concessio vectigalis fundata est) *eigenthumlich zustendig sey.* 7. Eundem Imperatorem in rescripto de ann. 1644. d. 12. Iul. Comiti remonstrasse : *Das sich der Graff der erlangeten, doch Wol clausulirten, neuen* inuestitur *zu seinem Vortheil nicht misbrauchen, und sich in die* possession *des Werserzols mit Gevvalt zusezen nicht unterstehen solte. &c.* [*Contin. Theat. Europæ* ad ann. 1652. pag. 250.) 8. Ad Instrumentum Pacis respondet Ciuitas : Comitis non esse telonium concessum in & ex aliena iurisdictione, sed solùmmodò in suo territorio. Quapropter telonium in Visurgi ad hanc conditionem esse directum : Si ipsius in Visurgi aliqua iurisdictio esset; adeóquè Imperatorem in puncto iurisdictionis probandæ Commissionem decreuisse d. 9. Nou. ann. 1642. in qua inter cætera ita : *Das der H. Graff für allen dingen schuldig sey die Obrigkeitliche* iurisdiction *auff dem Weserstrohm, Wie recht, gnugsahm zu ervveisen. Euentus huius controuersiæ* talis est; Quum in Instrumento Pacis Comiti telonium illud esset plenè attributum, Imperator ann. 1650. ciuitati Mandatum Paritorium misit, ad quod cum exciperet, declarationem vlteriorem peteret, intereà temporis verò in possessione iuris sui se armis defenderet; tandem ann. 1652. die 12. Octob. Pragæ in bannum declarata, eique pæna 200. marcarum puri auri adiudicata est. Publicatio banni à Cæsareo Heroldo Domin. *Ioanne Carolo Oelman.* d. 20. Decemb. st. v. peracta, ante ciuitatem sub dio & patente, atque libero cælo. *Ist* (vt habent formalia banni] *aus dem Frieden in Unfrieden gesetzet, und ihr Leib, Haab und Guth dem beklagten theil und manniglich erlaubt.* Posteà verò Ratisbonæ ann. 1653. die 18. Septemb. rursus fuit banno absoluta, cum cautione de non amplius Comitem in exactione vectigalis turbando. (Vid. plur. *Contin. Theat. Europæ.* ad ann. 1653. pag. 369. *Lymnæ.* Tom. 5. Addit. 2. ad l. 7. I. P. cap. 7. pag. 107.] Domin. Comes *Anthonius Guntherus* vltimus gentis suæ nuper vita excessit. Comitatuum, qui familiæ proprij, Agnati, *Ieuerensis Ioannes* Princeps Anhaltinus Seruestanus ex sorore nepos; *Kniphusij* Dominij

Euentus huius controuersiæ.

Interesse Ciuitatis Bremensis affligitur.

Bannum Ciuitatis Bremensis.

Heredes Ant. Guntheri Comitis.

Antonius filius heredes referuntur. *Antonius* hic ex *Vngnadia* susceptus ac à Cæsare legitimatus *Comitis Imperij*, *Domini in Aldenburg*, *Nob. Domini in Varel*, *Domin. in Kniphausen* titulum à Cæsare nactus est, & *Augustum* Witgensteiniam vxorem meruit. (D. *Spenner*. in Syllog. Geneal. Hist. pag. 59. Mortuo Comite Antonio Günthero telonium in Visurgi cessit Ioanni Principi Anhaltino, qui ad vectigal istud fortiter defendendum opus inprimis habet Suecorum amicitiâ. Et hactenus Punctus grauaminum per Instr. Pacis sic fuit absolutus.

Interesse Principis Anhaltini Dn. in levern ratione vectigalis in fl. Visurgi.

DISCVRSVS XIII.

DE

SATISFACTIONE BELLICA

Coronæ Sueciæ ab Imperio præstita, item de Controuersia inter Regem Sueciæ & Ciuitatem Bremensem, item Duces Holsatiæ & Ciuitatem Hamburgensem.

Ad art. 10. Instrum. Pac.

I. CONTINETVR hoc artic. 10. Punctus Satisfactionis Suecicæ. Optima sanè est hæc satisfactio, adeóque multi, qui accessionem illam potentiæ Suecis inuident, satis vehementer ebuccinant: Suecos non religionem quæsiuisse: Religionem tantum habendi amoris pallium fuisse: Neminem latere religioné esse instar puellæ, quæ fuco ornari solet, nó tam sacrotum sçpe quàm Imperij causa. Iusta quidē belli causa est, quę

Sueci interesse suum cum multorum inuidia auxere.

pro religione certat, quàm vitiat maior REGIONIS quàm religionis amor. (adde etiam Dn. *Forstneri* Epistol. ad Rosethanium, quæ imprimis huc etiam collimat.) Sed hic est seculi mos: Etiam Magnorum Hominum actiones perpetuæ censuræ siue Syndicatui subiiciuntur, atque inde est prouerbium: *Das grosse Herrn müssen viel von sich reden lassen.* Sed bene est, quod hi qui malè loquuntur, nihil malè facere possint. Quicquid de eo sit Magnus ille Sueciæ Alexander *Gustauus Adolphus* bene Euangelicorum res inclinatas ac propè iacentes rursus in florentem statum erexit cui vnicè post Deum, quod Clericorum serui facti non sumus, transcribimus. Post huius mortem Suecorum arma non parum à pristina innocentia desciuere: Vnde multi in Germania tum temporis Suecos [quos hactenus pro Diis tutelaribus & libertatis assertoribus habuerunt] quum nullo religionum discrimine impotentius se gererent, & nihil minus quàm religionem & libertatem quærerent, summo odio prosecuti sunt. Adeò verum est illud

Est captu facilis turbatis piscis in vndis.

In bellis religio obtenditur, regio quaeritur.

Quin & in Tract. Pacis quum de satisfactione Suecica ageretur, multi concoquere non potuerunt, quare immerentes Principes [Elector Brandeburgicus & Duces Megapolitani] quasi ipsi bellum concitarint, non exiguâ parte ditionum sint mulctati, modò vt Suecis satisfieret. Sed hæc & alia etiamsi tum summè iniqua fuerint visa, hodie, postquam ita facta transacta omnia, schemate necessitatis & Salutis publicæ excusari possunt, nec nostrum est de iis, quæ placuerunt toti Imperio, amplius disputare & sinisterius loqui. Habet aliquid omne magnum exemplum ex iniquo, quod pro singulis vtilitate publica rependitur. Nos firma spes tenet, Suecos sub expansas Imperialis Aquilæ alas receptos, id operam daturos, vt quieta cum industria partis atque concessis in posterum, fruantur, nullique ex vicinis sint quicquam incommodaturi.

Ratio status magis principia iuris extraordinaria quam ordinaria amat. Velum publicæ necessitatis atque salutis, tegit omnia mala publica.

II. Vt autem historiam Satisfactionis Sueciæ paucis attingam, eam, *Dn. Forstneri* vestigiis insistens, exhibeo talem: Vt primum à Gallis Suecisque operæ Germaniæ collatæ tanta pretia efflagitari innotuit, Cæsaremque postulatis haud aduersum, mirum est quanta iudiciorum acerbitate illorum cupiditatem, & huius facilitatem plerique traduxerint. Inter se quærebant, quare illi, qui hactenus pro libertatis Germanicæ restitutione arma induisse, illorumque commoda aliis, sibi decus tamen atque gloriam, quæsiuisse professi essent, nunc tanquam alia in scena Vrbes, Præfecturas, Prouincias, tanquam deuictæ Germaniæ spolia inter se diuidant. Iniquam & neque præsentibus neque posteris vnquam probandam de alieno lar-

Historia satisfactionis Suecicæ, Politicè considerata.

Prætextus bellorum alii sunt vera & interna causa.

Ratio status non attendit regulam: Nemo cum damno alterius debet fieri locupletior.

Semel Deo dicatum profanum fieri regulariter nequit.

Polyarchia & Liberarum Rerüpp. incommoda.

Solertia Statistica circa promotionem commodi priuati.

gitionem. Quid enim Tyrolenses Principes, quid Electorem Brandeburgicum, quid Mecklenburgi Ducem præ cæteris peccasse, vt illorum patrimonijs exterorum ambitioni atque auaritiæ litandum sit? Certè si nauis leuandæ causâ, id est, procommuni salute, iactus faciendus sit, ex Lege Rhodia communem omnibus iacturam esse debere; Profanæ maximè atque impiæ nouitatis esse, quod Sueci Bremensem Verdensemque Episcopatus, Deo dicatos à Majoribus sanè Christianis ab omni religionis & Diuini cultus vinculo liberos sibi asserant. Catholici quoque tunc ita iudicarunt: Non pacem hanc esse, sed seruitutem, non Imperij restitutionem, sed dilacerationem; non hostibus arma adimi, sed ad maiora gradum sterni, & noua promouendæ dominationis instrumenta ab incautis Germanis præberi: Nam quem adeò fatuum esse, vt Suecos Pomerania & Balthici maris claustris insessis quieturos credat? Vt Gallos post tot captas arces atque oppida, postque tot fluminibus iniectos compedes & transitus occupatos in Alsatia substituros speret? Nimirum siue Pax inter Germanos coalescat, siue bello nondum finem fata præfixerint, illud ex libertate ineuitabile vitium, eamque populis in varios Principes divisis labem esse, vt factionibus & studijs distrahantur? quæ inter nihil promptius esse, quàm aliena stultitia sapienter abuti, & ab vna dissentientium parte accitum aduersum omnes inualescere. Hi fuerunt tum animorum motus in Comitijs de Pace. Vtinam in hisce Pacis Tractatibus primum Cæsareanis fuisset Caput, de concordia inter Imperij ordines rursus reducenda. Tum enim autoritas, potentia, decus Imperio redijsset, & ita exteris immoderatorum postulatorum audacia imminuta sine dubio fuisset: Tum ij qui per dissensiones nostras inualuere, qui furore nostro pro satellite cupiditatum suarum vsi, concordiam nostram videntes, viribus & potentia nostra nudati, vt in sicco deprehensus piscis, destituti fuissent. Cæterùm quia alio ordine res gesta est, hæc exterorum satisfactio omnino necessaria fuit. Quis enim credat, rebus sic stantibus, ciuitatibus, arcibus, statim fuisse cessuros velut ad Edictum Prætoris Gallos, Suecosque? adeòquè Coronæ istæ, ad atrox bellum vlterius declinandum, satisfactione quadam fuerunt placandæ & sic amicè dimittendæ. Et quidem Sueci satis factionem suam cum magna solertia quæsiuerunt: An.1646. Du. Comes *Oxenstirna* ratione satisfactionis ita Cæsareos compellauit: *Sie hetten den Krieg führen, und dabey ihres Königs selbst eigenes leben aufsetzen müssen, ihres Königs Todt sey* inæstimabel, *und vvan ihnen gleichfals vvas off*eriret *vvürde, vvere es doch dargegen nicht zuschetzen, mit Geld lasse es sicht nicht thun, &c. Die Spesen und Unkosten von bald sechszehn iährigen kriege sein so grosz, das mans nicht berechnen*

berechnen könne, das die Crone trachte nur ein Lehnman des Reichs Zuseyn, und zu desselben mehrern Starcke und splendor, *&c. der Hofnung keiner, so nicht passioniret, vverde* judiciren, *das sie aus den eroberten Pläzen gehen solten, so lang sie nicht* realiter *versichert und* Contentirt *Weren.* [*Theat. Europ.* Tom. 5. p. 982.] Oxenstirna ratione Suecicæ factionis ann. 1646. porrò ita ad Cæsareos: *zu ervveisung ihrer Friedens begierd vvolten sie die in Oesterreich und Mahren inhabende Päss und Plaz abtreten, und hingegen die theils vor ihre* indemnitet, *theils vor ihre* satisfaction *behalten Schlesien, Pommern mit dem Stifft Cammin, VVismar, &c. vvie ingleichen die inhabende Stiffter Bremen, Verden; Mit den übrigen Stifftern könten die* interessenten contentiret *vverden. Es begehre aber die Cron solche Oerter* ab Imperio in feudum *zu* recognosciren? *Dem Reich gieng hieran nichts ab; I. Kay. May. bekähme hiedurch nur vornehme* Vasallos *als vvelche schon den König in Spanien und Dennemarck zu* Vasallen *hetten. VVarumb dan auch nicht die Cron Schvveden?* [*V. Theat. Eur.* T. 5. p. 982.] Quid tandem in satisfactionem cesserit Coronæ Suecicæ & quomodo, vid. in Instrum. Pac. h. Wismaria etiam inter alia Suecis concessa Dominis inuitis: vnde an. 1647. Osna brugâ Legatus Mecklenburgensis Ducis iratus & irritus abijt: neque postea Dux precibus condominium siue communionem Wismariæ obtinere potuit, vnde non pauci hoc modo à Suecis reductorum ab exilio Mecklenburgensium Ducum gloriam & decus corruptum asseruerunt. Notabile est quod Suecci in Instrumento Pacis primùm portum Wismariæ *cum territorijs* vtriusque lateris ab Vrbe in mare Balthicum sibi adscripserint: id quod tamen postea emendatum, pro verbis *cum territorijs* scriptum fuit; *cum terris*, vt patet ex Instrum. Pac. hic. Ad quam emendationem Sueci an. 1647. mens. Decembr. ita: *Dis sey gahr ein geringer unterscheid, den sie [Herrn Kayserl.] vvol vvürden eingehen können: Sie* [Cæsariani] *hetten aber ihnen zu verstehen geben, das dis eine solche* differenz *vvere, die sie ob* summum præjudicium *nicht* admittiren *könten neben dem auch dem Hrn. Mecklenburg hiedurch* præjudiciret *vvürde.* [*Theat. Europa.* Tom. 6. p. 386.]

Satisfactio ob impensas belli merito exigitur.

Sueci interesse suum vrgent.

Eo maior quis est quo quis maioribus imperat.

VVismaria.

Instrumenta Pacis caute scribenda.

III. Quum Suecis in hunc modum tam pinguis satisfactio obtigisset, ciuitati Bremensi ejusquè territorio & subditis præsens suus Status, libertas jura & priuilegia in Ecclesiasticis & Politicis sine impeditione sunt relicta, per text. Instrum Pac. h. verb. Ciuitati verò, &c. vbi notandum pro voce; *Territorio* an. 1647. mens. Decemb. Suecos ponendum rogasse *districtu*, referente Dn. *Volmaro*, Cæsaris Plenipotentiario. qui Suecicis in eo restitit hisce formalibus: *Das alles Wie es gesezet, sich befinde, und mit zuziehung des Abgesandten der*

Controuersia inter Reges Suecia & ciuitatem Bremensem.

Aliud territorium aliud districtus.

Statt Bremen sey abgeredet worden, dahero könten sie Herrn Kayserl. zu keiner Enderung verstehen, es würde auch wieder die der Statt Bremen ertheilte Kayserl. priuilegia *und zu deren* præjudiz redundiren, [*Theat.Europæ.*Tom.6.p.386.] Cum hac Bremensi Ciuitate hodie Suecis negotium est, qui citra illam Ducatu suo nunquam satis cautum credant. Dn. *de Monzambano* [de Stat. Imper. German.p.54.] asserit Suecos suspicari illam in suam fraudem inter liberas Ciuitates in Comitijs an.1641. receptam, cum jam subolesceret illum Ducatum in ipsorum manus peruenturum. Hæc ille Suecis non obscurè fauens. *Historia* hujus controuersiæ talis est: Vetus Saxoniæ Vrbs Brema ab Imperatore Carolo M.A.C.788. Ecclesiæ ornamento decorata est. Intercessere postea ciuitati non rarò contentiones cum Episcopis, cum hi plura sibi vindicare haberent in animo, quàm illis deberi ciuitas existimauit. Superiori seculo ob fœdus Smalcaldicum, cui nomen dederat, iterum ei cum Archi-Episcopo controuersia, vnde in conditionibus ab Imper.1550. Ciuitati propositis [ap.*Sleidan.*l.22.] vt cum Archi-Episcopo suo transigant, injungitur. Lis inter Archi Episc.& ciuitatem adhuc an,1602. in Camera pependit. Inprimis an.1639. inter Archi-Episc. & Ciuitatem de ciuitatis Imperialis titulo disputari cæpit, quæ controuersia dein amplius agitata, cum ad Monasterienses Tractatus Vrbs admitteretur, maximè ex quo an.1648. Bremensis Archi-Episcopatus transcriptus Coronæ Suecicæ. *Status quæstionis* est: An ciuitas Imperij immediata an verò municipalis sit & subdita Archi-Episcopatui siue Ducatui? *Fundamenta Suecorum* ratione Bremensis Principatus sunt apud *Limnæ.* Tom.IV.Iur.Publ. ad 7. c.7.p. 202.203.& ex eo *Knipschild* de ciuit. Imper.2.c.6. [1] In fundatione Episcopatus concessa Episcopo jurisdictio & Superioritas. *Resp.Brem.* Fundationi hoc adiectum esse negatur; nec ipsa fundatio secum fert, exemplo aliarum ciuitatum Imperij. [2.] Homagium Archi-Episcopo præstari solitum. *Resp Brem.* [1.] Homagium non simpliciter & absolute territorialis Superioritatis [*Reinking.*1.Cl.5.cap.3.nu.23.] (2.) Homagium esse conditionatum,& ante illud Archi-Episcopum promittere, ne juribus ciuitatis obsit: sed & præstari illud à 2. Camerarijs ex Senatu sola manus eleuatione (3.) Formulam homagij de fidelitate non de subjectione loqui (4.) Præstari homagium ex pacto, non subjectione à tempore Gerhardi Archi-Episcopi cum quo ita conuenit. (3.) *argum. Suecorum* Archi Episcopo titulum dari solitum *Landes Herr, Landes- Fürst*, & Bremensibus *Gehorsame Vnterthanen. Respon. Brem.* (1.) Titulum curialem honoris, non posse in præjudicium Imperij latius extendi. (2.) Illum esse intelligendum respectu ditionum, quas Ciuitas in territorio Archi-Episcopi possideat. (4.) *argum. Sue-*

Interesse Suecorum arcanum.

Monzambanus stringitur.

Historia controuersiæ Bremensis. Brema.

Status causæ Fundamenta Suecorum

Homagij effectus.

Solennitas homagij.

Ex titulo infirmum argumentum ducitur.

cor. Bremensibus priuilegia ab Episcopis confirmari solere. *Resp. Brem.* Præcipua iura & priuilegia Ciuitatis ab Imperio esse: Archi-Episcopum tantum dare Reuersales, ea salua fore Vrbi. [2.] Alia priuilegia confirmari ab Archiepiscopo, quæ respiciant ditiones in illo Principatu sitas. [3.] Priuilegiorum concessionem non arguere subiectionem (5.) *argum. Suec.* Reuersales à Ciuitate datæ 1246. Archi-Episc. Gerhardo II. quibus jura Archi-Episcoporum agnouit, & nihil in contrarium moliri velle testata. *Resp. Brem.* (1.) nullibi extare illas Reuersales, nec ab alio, quàm Friderico vltimo Archiepiscopo & Antecessore allegatas [2.] Contrariam tot seculorum obseruantiam, si quæ potestas fuisset, eam sustulisse [3.] Alias contrarij tenoris antiquiores, æquales & recentiores extare Reuersales (6.) *argum. Suec.* Transactio cum Hilleboldo Archi-Episcopo ann. 1259. facta. *Respon. Brem.* Ejus nullibi extare authenticum [2.] nec quæ allegantur ex ea probare Superioritatem, quum similia & majora in aliis Ciuitatibus habeant Principes, quæ sine controuersia tamen liberæ. [7.] *argum. Suec.* Aduocatus ab Archi-Episcopo in Ciuitate dependens, & jurisdictionem in Ciuilibus & Criminalibus exercens. *Resp. Brem.* In Criminalibus Aduocati non esse alias partes, quàm vt sententiam à Senatu latam, & sibi intimatam percipiens, ac, vt judicio intersit, rogatus, ex malefico confessionem iterum ipse intelligat, atque deinceps carnifici, cui prius idem mandatum à Senatu datum, executionem committat. Vnde ei nec cognitio, nec judicium, nec absolutè executionis potestas conceditur. [Vid. priuileg. de an. 1541. ap. *Limnæ.* T.IV. ad 7.7. p. 193.] In Ciuilibus Aduocati planè nullas esse partes, nisi quod olim, rogatus, nonnunquam dederit arbitros, à quibus ad Senatum prouocari poterat, sed hoc etiam obsoletum. (2.) Ius aduocatiæ Superioritatem non inducere, quod exemplis doceri potest. (8.) *argum. Suec.* Archi-Episcopus à Senatoribus pro ordinario judice agnitus, & ad eum fori exceptione declinatoria prouocatum. *Resp. Brem.* Minorem partem Senatus in Schismate agnouisse Archi-Episcopum judicem ordinarium; Maiorem verò exceptiones fori declinatorias obiecisse; Cæsarem etiam reuocasse prius factam ab Archi-Episcopo remissionem (2.) Cæsareo priuilegio Henrici V. (V. *Limnæ.* T.IV. ad 7.7. p. 175.) prohiberi Bremam alio vocari, si coram Archi-Episcopo judicium subire velit. Hoc esse libertatis, non coactiuum. Vnde ordinarius judex ille erit, si Ciuitas coram illo se sponte sistat. [3] Transactionem Verdensem an. 1568. tempore turbulentissimo factam [qua causæ, ex quibus metuatur seditio aut motus, iubentur ad Episcopum deferri] non posse præiudicare Imperio & Ciuitati, voluntariam potius iurisdictionis prorogationem inferre, & contraria

Præscriptio.

Merum imperium Bremense.

Transactio in praeiudicium Imperij nulla.

obseruantia ac libertatis continuatione reiectam & abolitam.(9.)*argum. Suec.* Transactio cum Archi-Episcopo 1597. Stadæ inita. *Resp. Brem.* Hanc esse de nihilo: In Senatus potestate hoc non fuisse, & contrariam praxin notissimam. (10.) *argum. Suec.* Transactio Stadæ 1639. facta. *Resp. Brem.* In ea multa conatos Legatos Danicos, sed declinata à Bremensibus omnia: Hoc solùm concessum, quòd secundum homagij tenorem Archiepisc. pro Clementissimo Principe territoriali suo agnoscere velint, seruatis ciuitatis Iuribus: Et hoc sensu se hoc ipsum intelligere, ipsos Legatos Regios testatos, & Deputatos coram Notario atque Legatis protestatos [Vid Transact. formul. nu.11. ap. *Limnæ.* T.IV. ad 7.7.p.201.] 11. *argum. Suec.* Senatum comparere in Diætis prouincialibus ab Archi-Episcopo indictis, curiæ & iudicio prouinciali assidere, & inter Status liberos Archi-Episcopatus referri solitum. *Resp. Brem.* Fieri hoc non respectu ciuitatis, sed bonorum in Principatu sitorum. 12. *argum. Suec.* In Matricula Imperij an.1521. ratione Quotæ Ciuitatem cum Archi-Episcopo conjungi. *Respons. Brem.* Coniunctionem illam non arguere subiectionem 2. Alibi separatim legi: Sed & vbi coniunctim legatur, iterum separatim repeti. 3. Alia similia extare exempla in iis, de quorum libertate non sit lis. 4. Tales coniunctiones factas esse insciis & absentibus Ciuitatum Deputatis, nec illis præiudicare, quum in possessione libertatis sint. 13. *arg. Suec.* Ciuitatem ante an. 1641. ad Comitia non vocatam. *Resp. Brem.* Olim semper vocatam interfuisse 14. *arg. Suec.* A Carolo V. profectam cassationem aliquot priuilegiorum in præiudicium Archi-Episcopi obtentorum ann. 1544. & à Maximiliano II. renouatam. *Resp. Brem.* Reuocationem factam Ciuitate nec vocata, nec citata. 2. à Carolo V. ann. 1554. in Comitiis omnia iterum optima forma restituta. 3. Hactenus à Reliquis Imperatoribus confirmationem semper obtentam. *Fundamenta Bremensium* extant *Im Vertrag Gründl. Warhafftigen Berichts und Gegen*-Remonstration *von der Statt Bremen Beruffung*, session *und* voto, &c. apud *Limnæ.* T. V. ad 7. 7. p. 202. 1 Ciuitas hactenus libero iure in Regimine Ecclesiastico & Politico absque Archi-Episcopi interuentu vsa in constitutione magistratuum, legislatione, iurisdictione mero & mixto imperio, munitione ciuitatis, &c. 2. Varia iura & Regalia à Cæsaribus obtenta in terra & fluuio Visurgi, in quibus jurisdictio pacificatio & protectio viarum regiarum & fluuij Visurgis in mare vsque: Ius monetæ cum inscriptione Reipub. Bremensis & signo Aquilæ Imperialis: jus conductus, stapulæ. &c. 3. Ciuitas in Camera Imperiali in prima & secunda instantia conueniri solita, & priuilegium Caroli V. de non appellando obtentum, nisi summa ex-

Comparitio uff Landtagen.

Fundamenta Bremensium.

Iurisdictio Fluminum.

cedat 600. aureos Rhen. 4. Matriculæ insertio 1431. 1461. 1480. 5. Vocatio ad Comitia & sessio ac votum concessa ab antiquo, vt 1473. 6. Subsidia à Ciuitate immediatè petita & soluta 7. Executiones sententiarum Cameræ aliquoties Ciuitati cum aliis Ciuitatibus Imperij demandata. 8. Fœdera cum aliis & ipso Archi-Episcopo contracta. 9. Subscripta 1532 Pacificatio Noribergensis cum aliis Statibus [*Hortleder*. l.1. cap.10.] 11. Titulus Ciuitatis Imperialis jam olim ab Impp. Principibus & Statibus Imperij tributus. 12. Præsumptio, quæ semper est pro libera Imperij Ciuitate. (Vid. plur. apud Domin. *Lymnæ* Tom. IV. ad 7.7. pag.175. 176.] *Euentus* primus : cum in Transact. 1639. [num. 11.] hic articulus non omnino expediretur, sed partibus sua seruarentur jura : Imperator ann. 1641. Ciuitatem ad Comitia, & 1645. ad Tractatus Pacis vocauit : & ann. 1646. diplomate Ciuitatem Imperij immediatam & liberam ab antiquo fuisse declarauit, & vt posthac ita semper vocaretur, edixit. Pace etiam Osnabrugensi Ciuitati præsens Status, libertas, iura & priuilegia seruata. Disputationem de voce *territorij, subditorum, præsentis status* Vid. ap. *Limnæ*. (Tom. 5. ad 7. 7. pag.109. 110.) Postea ann. 1653. [quum Ciuitas difficile illud mare de controuerso Oldenburgensi telonio enauigasset] in Comitiis Ratisbon. Ciuitatis admissioni ad sessionem & suffragium acriter se Sueci opposuere mens. Decemb. Sueci tum Imperatori *Memoriale* d. 3. Decemb. insinuarunt, in eoque asseruerunt *Das die Stadt Bremen ein kundbares Mitglied des Herzogthums sey: Es were die* Exemption *der Statt zuvar von den Kayserl. Herrn* Plenipotentiariis tentirt *aber von den Herrn Schwedischen nicht nachgeben: Es hette auch die Königl. Maiestet in Schweden, das die Statt nebenst dem Herzogthumb krafft* Instrumenti Pacis *Zur* satisfaction *übergeben jederzeit verstanden und auffgenommen, auch solchen* articul *bis auff diese Stunde nicht anders verstehen und aufnehmen.* Deduxerunt hoc latius *Im Gegenbericht vff der Statt Bremen ausgelassene* documenta. [Vid. *Contin. Theat. Europæ.* ad ann. 1653. pag. 382.) Ciuitas tamen per decretum Cæsareum 1654. d.18. Febr. in possessione vel quasi sessionis & voti in Collegio Ciuitatum permansit. Et ann. 1654. d. 22. Febr. Directorium Moguntinum Marefchallo ad Pappenheim mandavit : *Das Er soll der Statt Bremen gleich andern Reichs Städten hinfüro zu den Reichs*-Consultationen *ansagen.* (*Act. Comitiol. Ratisbon.* de ann. 1654. pag. 172. 173.) Ex eo armis cum Ciuitate egere Sueci donec mens. Nouemb. ann. 1654. Stadæ Pax redintegraretur. In illis Tractatib. artic.1. de immedietate & titulo Ciuitatis Imperiali nihil potuit expediri, sed cuique parti sua iura relicta, donec de illis transigi posset, quousque ab omnibus hostilibus factis vtraque

Euentus primus.

Quasi possessio.

pars abstinere jussa. Sed & de quatuor Præfecturarum Inferiorum suburbanarum (*Die Vier Gohen*) causa cum Ciuitas æquè ac Sueci in illas sibi ius territoriale attribuant, ad alios tractatus articul. 10. remissa est. Ann. 1665. iterum hæc controuersia acerrimè agitata. *In Propositione* quadam, quæ *ad Deputatos Bremensium* eodem ann. d.20. Febr. Stadæ habita, Domin. *Daniel Nicolai* Cancellarius Ducatus Bremensis & Verdensis *ita inter cætera conquestus* : Transactionem de ann. 1654. à Ciuitate esse violatam, adeoque Regiam Maiestatem esse coactam Ciuitatem armis ad obedientiam & obsequium rursus cogere. Fontem huius mali esse prætensam Ciuitatis immedietatem : In Transact. Stadensi quidem immedietatis punctum fuisse suspensum, & ad vlteriores Tractatus remissum; cæterum quia interea temporis Ciuitas articulum istum violarit, Cæsarique homagium præstiterit, ideo Ciuitatem ob non seruata pacta ad satisfactionem teneri, & dimissa immedietatis prætensione, in eum statum, in quo ab aliquot 100. annis vsque ad ann. 1641. fuit se submittere debere. Ciuitatem enim cum primum ius municipij impetrauit, subfuisse magistratibus peculiaribus. 2. illam vna cum reliquis Statibus Prouincialibus in conuentibus Prouinciæ semper comparuisse, sessionemque & votum in iis obtinuisse. 3. tributa, onera [*Reich-und Crayssteuren :*] ad ærarium prouinciale (*zu der Erzstifftischen Landes Cassa*) detulisse. 4. ad debita prouincialia se cum aliis Prouinciæ Ciuitatibus obligasse. 5. homagium cum aliis Statibus Archi-Episcopo præstitisse. adeoque illam cuncta, quæ mediato Statui incumbunt, munia obiisse. *Ad ea Bremensium Deputati* [in Resolutione sua ad dictam Propos. d.7. Martt. 1666.] in hunc modum : Ciuitatem immedietâte sua [qua ante Pacem Westphalicam gauisa, nec in ea à Suecis turbata, ac eo respectu ad Tractatus Pacis vocata & admissa; quamque Imper. Electores, Principes & Status Imper. in Comitiis Ratisbon. ann. 1654. confirmarunt) nunquam contra Regem Sueciæ fuisse abusam, adeoque ex prædicato immedietatis motus ann. 1654. non esse ortos, sed potius illos prouenisse ex inconsulto quodam calore cuiusdam Regii Ministri, qui tum à Senatu Bremensi integri alicuius pagi donationem poposcit. Quum verò Senatus scripto, quare postulatis velificari non posset, se excusaret, Minister ille dilacerata epistola atque ad nuncij pedes proiecta, se Ciuitatis hostem dum viueret, perseueraturum palam professus. Eundem etiam has adiecisse voces : *Er Wolte den Tag noch erleben das die Statt Bremen in solche Schulden-Last solte zusizen kommen, dessen Ende sie nicht Würde absehen können.* Minas istas euentum porrò comprobasse, quum Ciuitas ob telonium Comitis Oldenburgici in bannum fuisset decla-

Querela Suecorum.

Responsio Ciuitatis.

rata. Tum enim Ministrum illum viâ facti manu militari sine vlla causa occupasse castrum ad fluv. *Leessumb*, *Die Burg*, contra disertam dispositionem Instrumenti Pacis, suam cuique parti possessionem salvam esse jubentis. Hanc esse scaturiginem turbarum, quæ tum ortæ sunt. Ciuitatem fuisse plane extra noxiam, quæ contra iniustam vim se tantum defenderit & porrò ann. 1654. contra Imperatoris mandata restitutoria & inhibitoria, Ambactiam (*Ambt*) *Bederkese* cum oppido *Lehe* ad pacem stabiliendam Suecis cesserit. Neque Ciuitatem violasse Transactionem Stadensem ex eo, quod Imperatori homagium præstiterit: [Factum hoc ann. 1659. Viennæ per Syndicum Dn. *Buchardum Eden.*) Quod verò Ciuitas moneatur dimittere immedietatis prædicatum, in eo sine consensu Imper. Electorum, Principum & Statuum nihil confici posse: Coronam Sueciæ nihil in Imperio habere, præterquam quod ipsi ex occupatis per Instrumentum Pacis cessum est: Iam verò inter occupata non esse Bremam, & per consequens illam quoque non esse inter cessa, vtpote cum singulari §. per particulam aduersatiuam [*Verò*] sit excepta. Non apparere ex Tractatibus Pacis Coronam Sueciæ vllam satisfactionem pro non occupatis specificè postulasse, eamque ab Imperatore & Imperio obtinuisse. Ciuitatis Statum durantibus illis Tractatibus, notoriè fuisse separatum & immediatum: Quod si itaque Ciuitas hæc à Suecis in satisfactionem petita, aperta stipulatione hoc ex parte Coronæ fieri Ciuitatemque ea de re ad minimum audiri debuisse: id quod tamen nunquam factum. Ipsos itaque Suecos Bremam pro Ciuitate immediata reputasse, dum, præter vocatorias Imperatoris, ipsimet tanquam con-paciscentes, Ciuitatem sub titulo (*Libera Imperialis Ciuitatis Bremensis*) *ad deliberandum cum suis* CONSTATIBVS *Imperij super reducenda pace*, Osnabrugam vocarint, ibique in tali qualitate admissi, & accepti sint. Regem Galliæ insuper ad eundem finem literis, Lutetiæ datis, talem inscripsisse titulum: *A nos tres-chers & bons Amis, le Magistrat & Conseil de la Ville Imperiale de Breme.* Vt ita facilè appareat Prædicatum *Status Immediati*, verè demonstratiuum, vel postmodum vocabulo: *Præsentis Status* Instrumento Pacis comprehensum, à Celsissimis tribus partibus paciscentibus vrbi Bremensi esse datū in quo etiam re & verbis in ipsa Dieta Pacificatoria inhæsit. Post conclusā Pacē Germanicā Deputatos vrbis Bremensis Holmiæ an. 1649. à Magno Cancellario O-xenstirna in ipsa Aula Regia in Audiētia fuisse cōpellatos: *Des H. Reichs Statt Bremen Abgesandte.* Secutum esse postea an. 1654. in Comitiis Ratisbon. ea de re Imperij conclusum, cuius vigore (non attenta Suecicorum Legatorum oppositione] vrbs Brema, post absolutionem à

Attentata Suecorum contra Instrum. Pac.

Banno, à Cæſarea Maieſtate ad ſeſſionem & votum in Collegio Ciuitatum admiſſa, poſſeſſionemque illam vel quaſi huius iuris in modernis Comitiis vrbem continuare: Imò quum *præſens* & *præteritum* maximè differant, & ad differentiam ſtatus præteriti, qualiſcumque demum is fuerit, *præſens* Ciuitatis Bremenſis *ſtatus*, Inſtrumento Pacis firmatus, & ſine omni impetitione relinqui iuſſus ſit; non opus eſſe altiori circa hanc rem indagine. Ciuitatem porrò per Tranſactionem Stadenſem an. 1654. non aliter Regi homagium promiſiſſe, niſi ſaluâ poſſeſſione immedietatis: Articulo enim 2. ita cautum: *Das aus ſolcher Huldigung, vnd ſolgenden Bevvilligungen Wieder den erſten* atticul *noch Wieder der Statt gegenvvertigen Stand vnd Beſiz* (iiſdem vocabulis, ſtatum ſeparatum quam immediatum indigitantibus, hoc articulo repetitis) *nichts* præjudicir *liches* inferiret *Werden ſolte*: In dicta tranſactione quidem punctum immedietatis in alios tractatus reiectum, à parte tamen Ciuitatis Statim fuiſſe indicatum, quod aſſertiuè, ad liberandam ſuam immedietatem ab omni impetitione (quam nec juxta Inſtr. Pac. pati debebat] à parte ſua conſentire; Cæterùm negatiuè vel eidem renunciando in præiudicium Imperatoris & Imperij tractare, multo minus tranſigere nollet: Suecos demum non poſſe ſimul eſſe in hac cauſa partem & iudicem contra Inſtr. Pac. verſ. *Ciuitati*: ibi: *Si quæ ſint.* Secus ſi fiat Inſtrumentum Pacis infringi, pacemque publicam violari [Vid. art. 17. Inſtr. Pac. verb. *Ne vlli omnino Statuum, &c.*] Quum in ea Ciuitatis Reſolutione acquieſcerent, an. 1666. Brema iterum à Suecis obſeſſa, quæ tamen obſidio interpoſitione Sereniſſ. Ducum Brunſuic. & Lyneb. & aliorum Vicinorum rurſus ſoluta hiſce conditionibus: 1. *Es Wil ſich die Statt der* ſeſſion *vnd Stimm auff den Reichs-Verſamlungen bis man ſchreiben Wird 1700. enthalten, iedoch mit dem Vorbehalt, das hieraus keine* præſcription *oder nachtheilige Folg angezogen: Die Statt aber nach Verflieſſung ſolcher Zeit, Wan inmittelſt in Güte oder Recht nicht anders verglichen, bey dem ſiz vnd Stimm vff Reichstagen gelaſſen Werden ſolle. 2. Wil auch die Statt kein ſiz vnd Stimm auf Craiſſtagen, bis gleicher geſtalt ein anders verglichen, ſuchen noch haben. 3. Wegen der übrigen* iurium immedietatis, *ſo dan des* juris territorialis *in den vier Göhen vnd darzu gehörigen Gerichten ſol die Statt nach inhalt des Stadiſchen Receß bey ihren Beſiz, bis ein anders in Güte oder Recht auſgemacht, verbleiben. 4. Wegen des Veſtungbaues ſo vff Königl. Grund vnd Boden geſchehen, ſol die Statt ein Abbit thun, vnd Wofern ins künfftig dergleichen Ervveiter vnd Bavvung vff Königl. Boden von nöten Were deſvvegen anſuchung vnd billige Vernügung thun. 5. Soll ſich die Statt bis Zum erfolgenden Vergleich oder Rechten ſich gegen I. Kon. May. des Tituls einer Kayſerl.*

Eventus alter huius cõtrouerſiæ.

Præſcriptionis impedimentum.

Inædificatio in alieno ſolo

Freyen

Freyen Reichs-Statt nicht gebrauchen. 6. Erkleren sich I. Kön. M. die Statt aller ihrer hergebrachten Geist- vnd Weltlichen Freyheiten nach dem Instrumento Pacis *geniessen zulassen. 7. Soll die Statt nach erfolgter* ratification *dieses Vergleichs, gleich hiebevor die huldigung leisten, die abstattung des Eydes aber so lang verbleiben bis sich I. Kön. May. zur schleiffung der Burg Willfährig erklähret haben. 8. Wegen der* immediætet *soll es zu keinen thatlichkeiten in vorfallenden Irrungen kommen, sondern alles gütlich außgemachet Werden, &c.* Cautum etiam *Das dieser Recess dem* Instrumento Pacis *nicht abbrüchig sein solte* : Quum non ita pridem acta publica de hoc negotio in celebri Virorum consortio, legerentur & Lector ad hæc verba veniret, tale excepi iudicium : *Es Were ebenso viel geredet, als: Stich mich ins Herz, vnd sprich: Eß blutet nicht.* Ego cum tacitus mecum intra præcordia cogitabam, illum Virum esse Bonum Ciuitatensem, & dignum qui forsan in Platonis Repub. gubernacula regeret, quum hoc seculum minimè Ciuitatense appareat. Dolendum sanè est infelix fatum huius inclytæ vrbis. Cæterum *O Bremensy bedächtig Lat nicht mehr in, als du bist mächtig*, Vt habet Portæ tuæ Dominicæ inscriptio.

IV. Affinis huic Bremensi controuersiæ est ea, quæ intercedit inter Regem Daniæ & Ciuitatem Hamburg. *Historia huius controuersiæ* talis: Hamburgum, Vandaliæ vrbs florentissima, olim Dominum habuit *Albionem* Nordalbingorum Principem. Deinde *Hermannus Billingus* inferioris Sax. Dux sua ætate Hamburgum gubernauit. Extinctis postea Billingi posteris Lotharigius Saxoniæ Dux, *Adolpho* Comiti Schavenburgi, gubernationem Holsatiæ & Vrbis Hamburg commendauit, quam etiam ille tenuit vsque ad an. 1137. Postea *Waldemarus* Dux Slesuicensis, auxilio fratris Canuti VI. Daniæ Regis, tempore Ottonis IV. Imp. Hamburgum sibi subiecit, & *Adolphum III.* Comitem Schavvenburgicum prædicti Adolphi nepotem, prælio victum, omni iure, quod in Holsatia habeat exuit, in patriamque sedem, vt reuerteretur, coëgit : Waldemarus verò postea Rex Daniæ factus *Albertum* Orlamundensem Comitem, Hamburgo præfecit, qui Senatui centum quinquaginta marcis argenti ius suum, quod in Vrbe habebat, vendidit, (*Chytra.* l. 2. Saxon. in fin.) eoque contractu, quasi gradum atque aditum ad libertatem ciuitatis iecit. Postea *Adolphus* IV. hanc ipsam libertatem & cætera priuilegia eidem confirmauit. Inde inter Holsatiæ Duces & Ciuitatem contentio orta fuit in Comitiis Spirensibus, an. 1570. vbi Duces eandem sibi subiectam affirmarunt; illa verò se liberam dixit. *Fundamenta Regis Daniæ, tanquam Ducis Holsatiæ sunt* (1) quòd in Holsatiæ territorio sita sit. Iam verò illa, quæ intra Principis territorium septa continentur, ea omnia eius

Controuersia de Ciuitate Hamburgensi. Hamburgum.

Fundamenta Ducum Holsatiæ.

iurisdictioni Ordinariæ subiecta censeri. Vnde Rex in literis ad Hamburgenses an. 1620. d. 29. Iun. vocat eos *Gehuldigte Erb-Vnterthanen* (2) Imperante Carolo IV. Cæsare an. 1375. Hamburgensibus, insignum libertatis Rolandi statuam in foro erigentibus, quum res ad Cæsarem, qui tum erat Tangermündæ ad Albim, deferretur, ipsum secundum Holsatiæ Principes pronunciasse: [Vide tamen *Gryphiand.* de Weichbild. Saxonic. c. 78. nu. 10.] indéque Ciues Christiano I. & eius fratribus, dein Christiano III. qui & priuilegia ipsorum confirmauit, fidem obstrinxisse & folium vrticæ, Principum Holsatiæ insigne, ab eo tempore passim vrbis insignibus, in Curia, portis, sigillo publico ac moneta sculpsisse. [3] A Cæsaribus ad Cameram citatam Ciuitatem forum declinasse, hoc prætextu, quòd Holsatiæ Ducibus sub ecta sit. [4] Ciuitatem inter ordines Holsatiæ olim ad conuentus comparuisse, in quem vsum & ædes proprias Segebergę habuerit. (5.) Quum ab Henrici Iunioris Ducis Brunsuicensis exercitu Vrbs infestaretur, illam auxilium ab Holsatis petiisse, quorum interuentu res Bergendorpij composita sit. (6) Quum ann. 1544 Hamburgenses ad onera Imperij à Cæsarei fisci Patrono cogerentur, ipsos ad Holsatos prouocasse. [Vid. *Thuan.* lib. 47. Histor. *Limnæ.* l. 7. de I. P. c. 23. n. 6.] *Fundamenta Ciuitatis pro immedietate* vid. in Apologia Ciuitatis Hamburgensis, quæ an. 1641. in 4to. prodijt. Vid. *Theat. Europa.* Tom. 5. p. 67. 68. 69. 70.] Illa autem sunt hæc: [1] Adolphum IV. Comitem Holsatiæ libertatem quam Ciuitas (vt ante ex Chytræo allatum) ab Alberto Orlamudensi Comite grandi ære emerat, confirmasse, atque id etiam successores Adolphi præstitisse. [2.] In illa libertate Ciuitatem quietè permansisse vsque ad Adolphum XIV. Comitem Holsatiæ & Schavvenburgi, qui fuit vltimus suæ gentis, & ann. 1459. mortuus. (3) Quum postea Proceres Holsatiæ Christianum I. Regem Daniæ sibi in Ducem adsciuissent, Ciuitatem etiam declarasse, *Das so fern er die Statt bey ihren Freyheiten vnd* priuilegien *lassen; so Wolten sie ihn annehmen, vnd sich Zu ihm halten, als sie zu den vorigen Herrn Graffen gethan hetten*: Id quod etiam factum, priuilegiaque à Rege fuisse confirmata, eidem verò homagium non esse præstitum, quamuis Rex eius præstationem vrserit. Idem visisse etiam successores, nec tamen obtinuisse, semperque Cæsari & Imperio ius saluum seruatum, ac libertatibus Ciuitatis, ab Imperiali culmine obtentis fuisse prospectum. (4) Postea tempore Christiani III. Fiscalem Cæsareum Hamburgum vt Imperialem Ciuitatem defendisse, Processibusque decretis litem in Camera pependisse: Nihilominus tamen Ciuitatem Christianum IV. an. 1603. sed sine homagio, item Iohannem Adolphum Ducem Slesvvici Holsatię recepisse, sed coram

Fundamenta Ciuitatis Hamburgensis.

Rudolpho II. Imp. super illa agnitione postea certo modo excusasse. (5) Iam tum in Comitiis Augustanis ann. 1510. Imperante Maximiliano II. Vrbem Hamburgum à Cæsare & Statibus pro Imperiali Ciuitate fuisse habitam; Ducumque Holsatiæ prætensionem ad Cameram fuisse remissam. (6) Receptionem Ducum Holsatiæ, à Ciuitate factam, nil inuoluere aliud quàm Patrocinium & Protectionem per modum pactorum erectam. [7.] A decem 20.40.80.100.200. & amplius annis Ducibus Holsatiæ à Ciuitate nulla seruitia & operas fuisse præstitas, vnde vlla subiectio possit argui: sed Ciuitatem tam in Ecclesiastico quàm Politico statu semper fuisse liberam. 8. Notorium porrò esse Ciuitatem non esse membrum Conuentuum Prouincialium Holsatiæ. 9. Ciuitatem non flagitasse ab Imperio *den Reich-Stättischen sondern den Freystätischen Stand*, vt ille descriptus extet in Recessibus Imperij de an. 1542. 44. & 48. Exemptionem tamen & absolutum libertatis statum an. 1618. d. 6. Iul. Ciuitati in Camera fuisse adiudicatum, illamq; per sententiam pro Ciuitate Imperij declaratam: *Das besagte Statt I. Kay. May. vnd dem H. Reich ohn Mittel Zustandig, vntervvorffen vnd Vervvand, auch von männiglich dafür Zu erkennen. Das Bürgermeister vnd Rath der Röm.* Kay. *Mayest. vnd des Heiligen Röm. Reichs haben Obrigkeit vnd ohnmittelbaren* subiection *sich beklagter massen eigenes Gevvalts Zuerbrechen, vnd frey zu machen nicht geziemet noch gebüret &c.* [10.] Cæsarem Ferdinandum III. in Comitiis an. 1641. proprio motu decreuisse: *Das Hamburg* votum & sessionem *bey dem Reichstage haben solte.* In Apologia Hamburgensium alleg. refertur: *Das Hamburg sich dennoch dessen geeussert, vnd gegen I. Kay May. vnd dem H. Reich allerunthertbänigst entschuldigt, so auch bey andern Reichstägen geschehen. Dan sie, die statt, Wie gemelt gern ganz frey sein, vnd* saluis libertatibus, *so sie von Röm. Kay. M. erhalten sich Zu den Fürsten von Holstein als Schuz- vnd Schirms vervvandten halten, vnd dem Röm. Reich nicht zu leisten schuldig sein Wolte.* Hæc in ista Apologia. Sunt qui credunt, Ciuitatem non malè sibi consulere, si non minus ac cæteri Imperij Ciues, (si in causa obtinuerit) ius sessuræ & suffragij de rebus Imperij, quod omni æstimatione maius, & auro contra carum hodie est, sibi in Comitiis arroget. Cæterùm in fine videbitur cuius toni. *Euentus*: huius causæ hactenus est: A sententia præallegata *Duces Holsatiæ* an. 1619. Reuisionem petierunt (Vid. *Lundorp.* Tom. 2. act. publ. l. 8. Tr. 2. p. 1268.) illaque pendente an. 1621. Duces & Ciuitas *Zu Steinburg* in hunc modum conuenere: *Das sie bey dem Fürstl. Hause Holstein in vnterthänigster vnd gehorsamer* deuotion *stehen vnd bleiben &c. auch desvvigen nach I. Kön. May. in Dennemarck tödlichen hintritt, Wofern inmittelst die* reuision *nicht*

Nota discrimen inter Reichs stättisch & Freystatisch.

Interesse Hamburgensium.

Euentus.

erörtert Wird, Ihr Durchl. dem Herrn Prinzen vnd also successiuè *I. Kön. May. Erben, Wie auch dem Herzogen zu Holstein Gottorpischer lini &c. negst vorhergehender* asse*curation, Wie biebevor geschehen, die gevvönliche Huldigung vnd Annehmung Würcklich leisten vnd* præsti*ren Wollen, vnd also vorigen Zwischen der Holsteinischen Landes Fürstl. Herschafft vnd deren von Hamburg vorhin aufgerichteten* Recessen, *vnd andern in Handen habenden* documenten *hierdurch durchaus nichts benommen sein solte.* (*Lundorp* l. c. *Topograph. Infer. Saxon.* verb *Hamburg.* p. 126 & seqq. *Lymna* l. c. p. 233. Dn. *Strauch.* Dissert. Exoter. 1. th. 20.) De Hamburgo florentissimo totius Germaniæ Emporio, & Amstelodamensis Ciuitatis Æmula, ita *Hippolitus à Dreisbach (im Bedencken über ezliche Fragen die Freye Reichs Ritterschafft betreffend* p. 85.) *Obvvoln Hamburg ein Stand des Reichs ist, so ist iedoch bekant das diese Statt nahe von hundert Iahren her auf Reichstagen nicht erschienen, noch auff denselben* session *vnd Stimm gehabt.* Hæc ita breuiter ex optimis Autoribus huius seculi in vtramque partem, de hac causa referre volui, neque Serenissimis Holsatiæ Ducibus neque inclytæ Ciuitati in juribus prætensis quicquam hoc ipso diminuens, de quo semel pro semper protestor. Quomodo autem hodie re vera se res cum Causa hac Illustri habeat, planè incertus sum. Quum an. 1665. Ratisbonæ essem, inter insignia Legatorum, qui Comitiis Imperij intererant, obseruaui quoque Ciuitatis Hamburgensis insignia, vnà cum insignibus Dn. Syndici *Vincentij Garmers* ICti, & Senatoris Dn. *Lucæ von Campen* Legatorum Ciuitatis, vnde coniecturam cepi, quasi Ciuitas ad ius Comitiorum nunc aspiret neque tamen credo, pendente reuisione, ciuitatem adhuc in Curia Ciuitatum ad votum & sessionem esse admissam. Certè lite hâc tandem dirempta videbimus num sub expansis alis Aquilæ an verò sub auspicio Serenissimorum Holsatiæ Ducum folium vrticæ, quod inter insignia Ciuitatis est, melius florere queat.

Priuilegium Electionis fori.

V. Sed vt nunc ad Satisfactionem Suecicam redeamus, concessum est porrò Sueciæ Regibus *Priuilegium Electionis fori*, de quo supra part. 2. Disc. *de Iudiciis Imperij* actum; Vbi notandum non facilè talia priuilegia hodie amplius in Imperio concedi, vt iudicat *Imperij Recess.* de an. 1654. §. *Weiln auch der Stände* vbi dicitur *das dergleichen* priuilegia *des H. Reichs* jurisdiction *beschrancken.* Præterea

Condirectorium Circuli Infer. Sax.

Suecis conceditur *Directorium alternativum* (semper tamen condirigente Ducali domo Brunsvvigo Lynæburgicâ) cum Magdeburgensi in Inferioris Saxoniæ Circulo. (*V. Instrum. Pac.* h. vers. *Quarto*, &c.) Ita an. 1652. Mens. Octob. Lyneburgi in conuentu Circuli Inferioris Saxon. Legati Christinæ, Reginæ Sueciæ, proposuerunt: *Das I May.*

bey diesem Craißtage den Fürstl. Magdebl. Gesandten das Directorium *zwar ungehindert führen zu lassen entschlossen ; Weil aber deroselben nach Inhalt* Instrum. Pacis art. 10. §. 4. *die* alternatio *des* Directorij *zukähme, so versehen sie sich es Würde nach Endung dieses Craißtages dem Friedenschluß und I. Kön. May hierin ein Genügen geschehen, und Weren die Königl. Herrn Gesandten erbötig Wan sie dessen gesichert, mit ablegunig dieser* qualitet *als Fürstl. Bremische Gesandten bey den* deliberationibus *sich hiernegst einzufinden.* Quamquam autem Directorium Magdeburgense exceperit; Ex mente Instrumenti Pacis tum demum alternationem incipere, si Archi-Episcopatus Magdeburgensis postmodum ad Electorem Brandeburgensem perueniat ; tamen reliqui huius circuli Status concluserunt : *Das die Worte des* Instrumenti Pacis *ganz* general, *und mehr uff des Herzogthumbs Bremen Meinung* inclinirten. Et ita Sueci tandem obtinuerunt (Vid. *Contin. Theat. Europa*. ad an. 1652. p. 299.) Vlterius concessum est Suecis *priuilegium de non appellando* simplex & illimitatum, ita tamen, vt summum aliquod Tribunal erigant, ad quod appellationes deferantur. Tribunal tale an. 1653. d. 17. May *Wismariæ* est erectum, Præsesquè tum illi præpositus Du. Comes *Oxenstirnius* & Vice Præses Dn. D. *Dauid Meuius*, qui iam eruditissimum Volumen decisionum illius Tribunalis in lucem emisit. *Den.* 12. Septemb. an. 1653. *ist das* appellation *gericht zu Wismar eroffnet, und zum erstenmahl* 73. Processen *anhängig gemacht Worden*, vt refertur in *Contin. Theat. Europæ* ad an. 1653. p. 424. Præterea concessum est Regi Sueciæ *ius erigendi Academiam* ; quod hactenus nondum exercitum, Stetini tamen forsan aliquando exercendum. *De concessione vectigalium* siue *Licenten*. Vid Instrum. Pac. h. vers. *Praterea concedit.* ex quo textu deduxere Sueci : *Das ihnen auch die Licenten Hinter Pommern zukehmen* ; *adeóque* Pomeraniam vlteriorem adhuc an. 1653. retinuerunt ; de qua valde conquestus est Sereniss. Elector Brandeburg. in Comitiis Ratisbon. an. 1653. vbi per Legatos ab Imperatore contendit, ne Legatus R. Sueciæ prius ad sessionem admitteretur, donec vlterior Pomerania vigore Instrum. Pacis esset Dn. Electori restituta. Obtenta quoque tum fuit suspensio, & Mareschallo *Wolfgango Philippo de Pappenheim* intimata. Legatus Suecicus contra in Memoriali aduersus hoc mandatum Cæsareum, se fundauit in Instrum. Pac. art. 10. v. *Primo totam.* &c. & v. *Praterea*, &c. moràmque controuersiæ de Finibus Pomeraniæ in Dn. Electorem reiecit. (Vid. *Contin. Theat. Europa*. ad an. 1653. p. 336.] Contra verò Dn. Elector Brandeb. passim conquestus de Suecorum iniquitate in finibus citerioris & vlterioris Pomeraniæ disterminandis. In *Floro Germanico* Pastorij in append. p. 227. ita hac de re : *Die Schweden sein mit Bran-*

Tribunal Wismariense.

Licenten.

Cōtrouersia de finibus Pomerania.

denburg bey den tractaten *also umgangen daß das gantze Statliche Vor-Pommern, und dan noch dazu mehr den der vierte theil von hinter-Pommern gerade Wieder den Buchstaben des auffgerichteten Osnabruckischen Friedenschlus S.Churf.Durchl Zurück lassen, und darüber zugeben müssen das Wir die helffte Licëten zu Colberg* participiren. Hæc ibi. Conf. Instr. Pac. art. 10. h. vers. *Primo totam*, &c. verb. *Exactionem limitũ*, &c. *Legatus Suecicus* an. 1653. Mens. Ian. Ratisbonæ in Memoriali suo Imperatori & Collegio Electorali exposuit: *Das die* mora *der Hinter Pommerischen* restitution *durch die Schwierigkeit der Grenz*-tractaten adæquation *der Grenz* matricul *sey verhindert Worden*: *könte auch keine* restitutio *ehe begehret Werden, ehe die* in art. 10. §. *Primo totam* &c. *veranlassete* Commission super exactiore limitum & cæterorum minutiorum definitione, *geendiget. Vberdiß Were auch in dem Nüremberg* Execution Recess. *behandelt keine* tradition *obberegter Landen zu thun ehe und bevor die entscheidung solcher Grenzen und anderer geringen Sachen eine völlige Richtigkeit getroffen.* (*Contin. Theat.* Europa. pag. 337.] An. 1653. mens. Maio Regina Sueciæ in literis ad Imperatorem & Imperij Status Ratisbonam missis declaravit se velle Pomeraniæ vlteriori iuxta transactionis leges cedere. Eodem tempore Augustam Vindelicorum [vbi electio Rom. Regis tum instituta) ad Imperatorem Ratisbonâ perscriptum: *Das die Chur-Brandeb. Abgesandten der von Crackau und D. Portman bey dem Löbl. Fürsten-Raths* directorio *sich angemeldet und* referiret, *das sie von Ih. Gnädigsten Hern schreiben bekommen, inhalts das uff den* 4. May. st. v. *Zu Stettin die* commutation *des Verglichenen* Recess *zwischen beyderseits* Commissariis *vorgangen, und das die Hern Schwedischen den* 1. Iunij *die Hinter Pommerischen Lande Würcklich einraumen Wolten: und das die Schwedischen Herrn Abgeordneten, nemlich Friderich Bohle und Matthias Biorenklau im Nahmen ihrer Gnädigsten Königen* ad sessionem & votum *zugelassen zu Werden begehreten: Welches auch die Chur-Brandeburgischen zugelassen, iedoch mit solcher Bescheidenheit, Wen der* terminus restitutionis *nicht solte gehalten Werden, alsdan Ih. Kay. May. und die Stände dem* Hern *Chür-Fürsten behülflich sein möchten* (*Contin. Theat. Europa*, ad ann. 1653. pag. 354. 357.) *Den.* 4. May. 1653. *sein die unterschriebene Vergleichung der bisher geschwebeten* tractaten *zwischen der Löbl. Cron. Schweden und dem Chur-Fürstl. Hauß Brandenburg gegen einander ausgewechselt Worden, hat auch die* euacuation *gegen den* 1. Iun. *ihre richtigkeit erreicht.* [*Contin. Theat. Europa* l. cit. pag. 421.) De limitibus itaque inter Suecos & Electorem sic est transactum, vt nulla litium materia supersit. Vigore enim Pacificationis Osnabrug. tractatuumque limitaneorum Capitulum Cam.

minense post hac Regi Sueciæ & Electori in iure Patronatus est commune: inque Regiis locis Elector communioni renunciauit simpliciter: Reginæ autem præter dimidiam Capituli Caminensis partem in casum deficientis lineæ masculæ Domus Brandeburgicæ, reseruata est simultanea inuestitura in vlteriorem Pomeraniam & Camminensem Episcopatum, Ordinumque ibidem euentuale homagium Reginæ & Regibus Sueciæ præstandum. Expectantia etiam & simultanea inuestitura (referente *Micrælio*) in Neügarten & districtum Sternbergensem vltra Oderam; inque castra *Vierraden* & *Löckeniz* collata est Reginæ: & illa viciſsim in perceptionem pro parte dimidia omnium teloniorum [*Licenten*] in vlterioris Pomeraniæ portubus exigendorum, Electorem, exceptis nonnullis antiquis vectigalibus, quæ tota eidem cedunt, admisit. Dispositum est porrò Instrum. Pac. quod Sueci ratione cessarum Ditionum inuestituram, quoties casus euenerit, ab Imperatore petere debeant, Confer. hic Scriptum cui tit. *Bericht und* repræsentation *des Verlauffs und Bewandnis der* inuestitur *Sache zwischen den Röm. Kayserl. und Konigl. Schwedischen May. May. bishero* tractiret. De reliquo in fin. artic. 10. libertati, & iuribus & priuilegiis subditorum in Prouinciis Suecis cessis, nominatim autem Ciuitati Stralsundensi & Ciuitatibus Anseaticis cautum est. De Hansa Teütonica, cuius caput *Lübeca* est, consule *Werdenhagen* de Rebuspub. Hanseaticis & Domin. *Conring*. de Vrb. German.

DISCVRSVS XIV.

DE

ÆQVIPOLLENTE

Brandeburgico.

Ad art. 11. Instr. Pac.

Dn. Elector Brandeburgensis amore Pacis propria cōmoda non parum affligi patitur.

I. AGITVR in hoc artic. de Æquipollente Serenis. Electoris Brandeburgensis, quod ipsi pro dilacerata ac in partes scissa Pomerania quæ deficiente familia Ducum Pomeraniæ ann. 1637. ex antiquo pacto ad Electorem tota pertinebat, compensationis & æquivalentiæ nomine ab Imperio rursus est adiudicatum. Ægrè quidem Dn. Elector ad hæc pacta aduci potuit: Neque id iniuria. Melius enim est conjunctas vicinas Ditiones possidere, quàm hinc inde dispersas & longius dissitas, quæ potentiam ac vires non vniunt, sed diuidunt. Et omnino præstat integram tunicam, quàm in particulas dissectam, possidere. Cæterùm Serenis. Elector Brandenburg. communi Germaniæ bono priuata commoda posthabens, tandem in pacta, hoc articulo 11. descripta concessit. (Confer. Domin. *Forstneri.* Epist. pag. 74. 75. 76. 77. 78. 93. 94.) Ita necessitas sæpe nauigia iactu exonerat, & ruinis incendia opprimit, & multa sunt eiusmodi, quæ solùm ex damno habent remedium, vt loquitur idem *Forstner.* in Epist. ad Scipion. Scalig. Et Reipublicæ causâ sæpius quædam tentantur bono magis exemplo, quàm concesso iure (*Tacit.* l. 1. Annal.

Potentia ciuilis æstimatur ex vnione regionum.

Necessitas facit licitum quod de iure Ordinario alias est illicitum iuxta Statistarum regulam.

Es gilt hie nicht, Was mein, Was dein,
Sondern Was nüzt der ganzen Gemein.
All Glieder müssen dem Leib geben,
Soll er gesund bleiben und Leben.

[*Pro-*

(*Froschmeüsel.* l.2. p.2. c.4.) Hodiernus Elector Brandeb. est Sereniss. Domin. *Fridericus Wilhelmus*, inter Status Imperij hodie potentissimus qui tam latissimarum Ditionum Dominus existit, vt Princeps Elector vltra centum milliaria Germanica possit conficere per suam ditionem, vt noctu in alieno territorio diuersari necessum non habeat. Nam ea vno & altero in loco per intermedia territoria interrumpitur. Borussiam nupera cum Polonis transactione, ann.1662. tanquam supremus Princeps obtinet. Aula eius maximè polita & adeò magnifica, vt Imperiali vix ac ne vix quidem in eo cedat. Ministrant tanto Heroi etiam personæ Illustrissimæ & Illustres *Princeps Anhaltinus*, Princeps Raziuilius, *Bogislaus* Ducalis Borussiæ Gubernator, *Christianus* Comes de Dona, Nouæ Marchiæ & Principatus Halberstadensis Gubernator, *Otto* L. Baro à Schvverin, supremus apud Serenissimum Electorem in Consilio Status & Præses. Quid dicam de reliquis Magnis Ministris? inter quos Dn. *Curd Aschen de Marenholz* qui modernis Germanici Imperij Comitiis, splendidissimum Legati munus gerit, & nuper, dum tumultus in Archi-Palatinatu de Wildfangiatu streperent, cum Legato Imperatoris Domin. *Leopoldo Wilhelmo* Comite in Kœnigsegg salutarem operam & industriam singularem in motibus istis sedandis contulit. Cæterùm vt ad æquiualens Brandeburgici Electoris, hic in Instrum.Pacis consignatum, me conuertam, primo loco hic conceditur Domin. Electori *Episcopatus Halberstadensis* titulo Principis & iure feudi perpetui cum sessione & voto, salua religione. Præterito bello ann.1624. d.12. Iun. vi Mandati Cæsarei Monachi Franciscani in illo Episcopatu restituti fuerunt in sua bona. Quomodo ann.1629. reformatus fuerit ille Episcopatus de eo vid. *Theat. Europæ* ad ann.1629.fol.35. Mortuo ann.1626. *Christiano* Duce Brunsvicensi & Postulato Episcopo Halberstadensi, electus in eius locum *Leopoldus Wilhelmus* Ferdinandi II. Imp.filius, Archi-Dux Austriæ, qui Euangelicos Canonicos deposuit, omniáque cœnobia & templa, Pontificiis restituit. Sueci dein in meliorem statum omnia reduxerunt, & Hemipolin siue Halberstadium ab ann.1623. vsque ad conclusam pacem tenuerunt in quâ quid circa Episcopatum constitutum sit. Vid. in Instrum.Pac. h. Mentio etiam in Instrum.Pac. fit præpositura Halberstadensis, in quam prætendit *Cardinalis de Harrach.* 1. Quòd in Instrum.Pac. artic.5. vers. *In quorum* &c. dicatur, quòd Papales concessiones in beneficiis Ecclesiasticis; vbi in ann.1624. in vsu fuerint, etiam imposterum obseruari debeant: In vsu autem fuisse demonstrari in proximo antecedente anno 23. quo Elect. Moguntinus illa ipsa præpositura à Pontifice prouisus fuerit. 2.Suffragari Instr.

Potentia Electoris Brādeburgici.

Episcopatus Halberstadens.

Mutationes circa illum Episcopatū.

Prætensio in Præposituram Halberstadensem Cardinalis de Harrach.

Pac. artic 11. § 1, verf. *Religionem* vbi diſponitur religionem & bona Eccleſiaſtica in eo ſtatu relinquenda eſſe, quemadmodum per Archiducem Leopoldum Wilhelmum ordinata fuerant; adeóque quoad hoc non obſeruari terminum ann. 1624. ſed anni 1627. 3. Impetraſſe Cardinalem Mandatum de reſtituendo & non amplius turbando Imperiale ann. 1651. *Excipit Domin. Elector Brandeburgicus.* 1. Ex generali regula ann. 1624. ſecundum quam in omnibus beneficijs Eccleſiaſticis ratione poſſeſſorij naturalis judicandum, iuxta artic. 5. §. 3. item in verſ. *Si igitur Catholicus*: item in verſ. *Ita quidem*, item §. 7. *Quot Capitulares.* artic. 5. §. 9. in verſ. *Irritis prorſus exceptionibus*, & §. 12. verſ. *Pacta autem.* in verb. *Antehac*: 2. Menſes Papales in bonis Statuum Auguſtanæ Confeſſionis locum non habere, artic. 5. §. *Vbi Sacra.* verſ. *Si quid Annatarum*, &c. 3. ann. 1624. non Pontificios ſed Euangelicos nempe modernum Daniæ Regem Fridericum III. in naturali Præpoſituræ poſſeſſione fuiſſe. (Vid. Script. cui tit. *Grundliche* Aſſertion *S. Chur-Fürstl. Durch.* zu Brandeburg *habenden Rechten und Gerechtigkeit an der Thumb-Probſtey zu Halberſtatt*, vigore cujus collationem Præpoſituræ ſibi ſoli attribuit, idque per Inſtr. Pac. artic. 11. in pr. ibi: *Cum omnibus iuribus.* &c. *nullo except.* *Sprenger* in Iuriſpr. Publ. p. 413.)

Fundamēta Electoris Brandeburgenſis.

II. porrò Dn. Electori *Comitatus Hohenſteinenſis* conceſſus quatenus feudum eſt Epiſcopatus Halberſtadenſis V. Inſtr. Pac. h. verſ. *Cum etiam.* Comitatus iſte ſitus in introitu Syluæ Herciniæ verſus Thuringiam nomenque habet ab arce *Hohenſtein.* Vltimus horum Comitum fuit *Erneſtus*, qui ſimul erat Adminiſtrator Walkenredenſis, an. 1593. mortuus. Eorum bona præcipua nempe Dynaſtias *Lora & Klettenberg*, vt feuda Epiſcopatus Halberſtadenſis, *Henricus Iulius* Dux Brunſvicenſis & poſtulatus Epiſcopus Halberſtadenſis, ſibi in feudum acquiſiuit. in eoque iure adhuc permanſit D. *Fridericus Vlricus*, vltimus lineæ Wolfenbuttelianæ, poſt cujus obitum Halberſtadium an. 1641. ad Comitia ratione Comitatus Hohenſtein Legatos miſit Hodie vigore Inſtrument. pacis iſtæ Dynaſtiæ cum Epiſcopatu Halberſtadenſi ad Elect. Brandeb. pertinent. Quæ vlterius hic diſponuntur de Comite in Tattenbach & Rheinſtein de ijs vid. infra ad art. 13.

Comitatus Hohenſteinenſis.

Mutationes circa illum Comitatum.

Minden.

III. Eidem Dn. Electori traditur etiam *Mindenſis Epiſcopatus* cum ſeſſione & voto. Vid. Inſtr. Pac. h. verſ. *Eidem Dn. Electori*, &c. Vltimus Epiſcopus Mindenſis fuit Dn. *Franciſcus Wilhelmus* Epiſcopus Oſnabrugenſis & Verdenſis, Comes in Wartemberg, Ferdinandi Ducis Bauariæ filius, qui ann. 1629. primum Mindam venit d. 10. Sept. & an. 1632. ſibi homagium præſtari fecit. Cæterum diu in Epi-

ſcopatu non manſit. Nam an. 1634. d. 10. Nouemb. Dn. *Georgius* Dux Brunſuic. & Lyneb. [Dn. *Christiani* Ducis Br & Lyn. ac Epiſcopi Mindenſis frater, qui an. 1633. d. 17. Nou. Cellis defunctus erat] Mindam obſidione cinxit & vi expugnauit. Prædictus tamen Dn. Franciſcus Wilhelmus ibidem Epiſcopus manſit donec an. 1648. per Inſtr. pac. Epiſcopatus, vt Principatus, ad Electorem Brandeb. perueniret, qui etiam an. 1649. d. 15. Octob. per ſuos Miniſtros *Petershage*, quæ olim Epiſcopi ſedes fuit, & *Hausberga* (quem Comitatum *Otto III.* vltimus Comes von Berge an. 1592. mortuus, Epiſcopatui Mindenſi donauit) poſſeſsionem apprehendit. An. 1650. d. 1. Febr. Elector ipſe Petershagam venit, ibidemque ei d. 12. Eiuſd. menſis à Capitulo, Nobilibus & reliquis Statibus homagium præſtitum. Die 13. ejuſdem idem præſtitit *Ciuitas Mindenſis*, & quidem ſtipulatâ manu. *Mit einem Handſchlag an ſtat des Huldigungs ayds* (*Zeiller.* in Compen. Itin. Germ. p. 212.) Elector Cancellariam principatus illius Petershagæ habet, Cancellarius ibidem hodie eſt Magnif. Dn. *Godefridus Iehna* ICtus. Notandum hîc quòd Dn. Elector in Epiſcopatu Mindano & Halberſtad. Canonicatus non poſſit extinguere, ſecus in Cammi nenſi. V. *Inſtr. Pac.* hic.

Hausberga. Donatio ad pias cauſas.

Nota ſingularem homagij præſtationem.

Regimen Principatus Mindenſis.

IV. Similiter conceditur Dn. Electori *Magdeburgenſis Archi-Epiſcopatus, Expectantia* in caſum vacantiæ, ſaluâ tamen religione (V. *Inſtr. Pac* h. verſ (*Similiter concedatur.*) Et hoc exemplum expectatiuæ (*Anwartſchaffi-Lehens* expectanz) ab Imperatore & Statibus ſimul approbatum. Aliàs enim expectatiua ab Imperatore, vt Domino feudi ſolet promitti ſub conditione, ſi ad ipſum feudum redierit. (2. Feud. 26. §. 2.) Viciſſitudines Magdeburgicas in præterito bello ita breuiter exhibeo: Quum an. 1629. Edicto Ferdinand. II. Imp. quoque Magdeburgenſis Archiepiſcopatus repeteretur à Pontificijs, Magdeburgenſes autem, quò plurimis munimentis inſiſterent, *Auguſtum* Saxoniæ Elect. filium elegiſſent Pontifex (dictus ille Imperij turbator & côcuſſor) iuniorem Cæſaris filium *Leopoldum Wilhelmum* Arch Ducem in contrarium Archiepiſcopum deſignauit, qui tamen poſſeſſionem, gliſcente adhuc inter ipſum & Electorem controuerſiâ, non apprehendit. poſtea quum Cæſaris Legati Leopoldi Wilhelmi nomine inaugurationem Hallis procurarent, & reformationem inciperent, malè hoc habuit Electorem Saxoniæ, cujus filius Auguſtus, in Magdeburgenſem Adminiſtratorem adſumptus, de iniuria querebatur; peſſimè etiam hoc habuit *Chriſtianum Vvilhelmum* Brandeburgicum, dudum Adminiſtratorem, cui hac inauguratione filij Cæſaris ſua ditio & ſui reditus adimerentur. Chriſtianus itaque quum per ſe parùm potens eſſet, cognatum Saxonem & Suecum cauſæ Patronos & De-

Magdeburg.

Expectantia in feudo.

Mutationes circa Magdeburg.

fensores adsciuit, & cum Mareschallo Suecico *Theodoro Falckenberg* Magdeburgum intrans, ann. 1630. inauguratus est. Secuta dein d. 18. Decembr. eod. an. obsidio, & tandem ann. 1631. expugnatio, in qua tota Vrbs excisa atque flammis, velut altera Troia, deleta: *Ita inter maximam Vrbem & nullam, inter Germaniæ oculum & fœda rudera; inter ad id temporis virginem & vi construpatam pauca duntaxat horarum spatia interfuerunt: vt vrbes dixeris mortalium instar agitari morbis, & perimi. Summæ mutationis breue tempus. Ite nunc & dicite, diem sufficere Reipublicæ euertendæ, cum suffecisse horulas experti fuerimus.* (V. *Brachel.* l. 3. Histor. p. 178. 189.) De euersione Vrbis *Meeklenburg* & *Kissin* ita Petrus *Lindebergius* (in Chronic. Rostoch. p. 34.) Mira rerum conuersio, vbi olim ædificia luxuriarunt magnifica, ibi nunc multa agrorum iugera quotannis coluntur. Eleganter Ianus Douza:

Magdeburgense excidium.

Vrbium infelix fatum.

Necessitati vt obsequare te monent
Tot vrbium cadauera
Ferire visa vertice ante quæ suo
Poli vtriusque cardinem.
Vbi illa iam imperare sueta Regibus
Superba Septimontium?
Vbi Mycenæ? Vbi inclyta vrbs Agenoris?
Corinthos, Argos, Ilium?
Minuta, magna, summa & ima respice,
Perenne sub polo nihil.

Sed vt ad propositum redeamus, tandem Osnabr. conuentum vt Dn. Augustus Administrator Magdeburg: Archi-Episcop. qui etiam Pace Pragensi ipsi cesserat, ad vitam retineat, eoque mortuo, titulo Principatus, Clericali qualitate extincta, ad Dn. Electorem Brandeb. perueniat: *Ciuitati* verò *Magdeburgensi* in Instrum. Pac. h. sua libertas & priuilegia conseruentur. Ciuitas hæc varias antehac habuit cum Archi-Episcopo suo controuersias ratione libertatis & regalium (V. *Sleidan.* l. 22. Comm.) Quomodo illæ sopitæ fuerint, legi poterit apud *Lundorpium* l. 25. act. public. Ciuitas adhuc hodie controuertit cum suo Administratore occasione priuilegij Ottonis I. quod ad argumentum libertatis trahit, de quo Vid. *Goldast.* Tom. 1. Constit. Imp. p. 116. *Limnæ.* l. 7. I. P. c. 7. & *Knipschild.* p. 3. de Iur. Ciuit. vocat. *Magdeburgum.* Ex priuilegio isto deducunt Magdeburgenses ius mercatus, monetæ, telonij, portus, stapulæ, & Geranij (*Krangerechtigkeit*) ad Albim & alia complura.) Dn. *Myler.* in Archolog. c. 17. num. 4. in fin.) *Magdeburgum prætendit* insuper demolitionem duarum adiacentium Ciuitatum *Neustat* & *Suderburg* ex eo fundamento, quod suburbia sint. (V. Instrum. Pac. h. verb. *Quod in præiudicium,* &c.) Con-

Ciuitatis Magdeburg. controuersa iura.

tra excipiunt Ciuitates adiuncta se non esse suburbia, adeóque sub illa Instrumenti Pacis constitutione non comprehendi. Quod autem municipales sint ciuitates, non vero suburbia, hinc probant: 1. Se primum vt municipales ante multa secula fundatas. 2. Quòd ius ciuitatis à Carolo V. vigore priuilegij originalis sit confirmatum. 3. Semper separatim ab antiqua ciuitate in conuentibus prouincialibus comparuisse, vota sua dixisse, &c. 4. Se iam tum an. 1633. reædificasse, quod ædificatum à nullo tolli posse iuri sit conforme. 5. Quòd in Instr. Pac. *de quadrante milliaris* memoretur, falsis inniti impetrantium narratis, qui se circumjacentium locorum & ciuitatis absolutos dominos exhibuerunt, quum tamen ad territorium Archi-Episcopi spectent? imò etiam antiquam ciuitatem Archi-Episcopo subditam esse, monstrantibus id ipsum pactis de an. 1555. de an. 1562. de an. 1585. nec potuisse vigore transactionis Sigismundi de an. 1562. in muris & vallis citra consensum sui Archi-Episcopi & Domini innouare. (*Sprenger.* in Iurisprud. publ. p. 409.) Notandum hic, quòd non ita pridem an. 1666. mens. Iun. [ni fallor] Capitulum Magdeb. cum ciuitate iuxta dispositionem Instrum. Pacis primum Dn. Administratori & Dn. Electori Brandeburgico in euentum iuramentum fidelitatis & subjectionis præstiterit. Relatum mihi est Principem Holsatiæ ab Electore vrbi præpositum esse Gubernatorem, cum cohorte militum quam Regimentum vocamus & Chiliarcham Schmid mansisse Commendantem vrbis illique imperium vnius Compagniæ relictum. Notandum hic porrò est Ottonem IV. Imp Archi-Episcopali sedi Magdeburgensi an. 1208. dedisse priuilegium, vt post mortem Archi-Episcopi nihil ad Imperium redire, sed omnia apud Ecclesiam Archi-Episcopalem remanere debeant. In pacificatione tamen Pragensi an. 1635. quatuor hæ Præfecturæ *Querfurt, Guterbock, Dam* & *Borck* ab Archi-Episcopatu separatæ ad Domum peruenere Saxonicam, id quod in Instrum. Pac. h. vers. *Cæterum quod*, &c. confirmatum est. Quid porrò dispositum sit in Instr. Pac. de Præfectura *Eglen* V. in text. h. item quas circa eam Capitulum Magdeburgense an. 1652. in Conuentu Circuli Infer. Sax. Lyneburgi querelas mouerit in *Contin. Theat. Europæ.* ad illum an. p. 309. relatum lege.

An in Instrumento Pacis ad falsa narrata aliquid definitū extat?

Querfurt, Guterbock, Dam & Borck.

P 3

DISCVRSVS XV.

De

AEQVIPOLLENTE Mecklenburgensi.

Ad art. 12. Instrum. Pacis

Ducum Megap infelicitas in bello præterito An Ducatus ille rectè in VVallensteinium fuerit collatus.

I. SERENISSIMI Mecklenburgenses Principes quoque inter eos sunt, qui ob Suecicam satisfactionem aliquid de suo territorio diminui passi sunt, nempe civitatem portúmque VVismariensem. Quod ad vicissitudines horum Ducum in præterito bello attinet, notum est *Adolphum Fridericum & Ioannem Albertum* Duces, quia in Danico bello Regi faverant, anno M. DCXXVIII. à Cæsare Ducatu esse eiectos, illorumque ditiones in Vvallensteinium translatos. Hæc Ducatus in Vvallensteinium translatio facta est primùm contra leges capitulationis; deindè eo quoque vitio laboravit, quòd, siquidem delicto Principum Ducatus ille fuerit vacuus redditus, debuisset tamen potius in Marchiones Brandeburgenses transferri, vtpote quibus de successione in feudum illud vacuum iamdudum fuerit cautum Electorum consensu à variis Imperatoribus, confirmatúmque ab ipso Ferdinando II. an. 1622. d. 28. Aug. [Vid. *Limna.* ad art. 28. Capitul. Ferdin. II, Dn, *Conring.* ad Lampad. p. 3. cap. 5. §. 26.] Notabilis est vox consiliarij Ducis Megapol. qui, Ducatu in Vvallensteinium translato, tum temporis dixit: *Weil der Kayser so viel nevve Fürsten machet, und Teutschland doch nicht grösser Werden kan, hat man leichtlich die Rechnung machen können, das die alten Fürsten nevven Werden Weichen müssen.* Ducatum istum Vvallensteinio hoc modo Cæsar concesserat: *Für sich, Seinen ehelichen Leibs-Erben, und dero Mänliche Leibes-Erben, als auch alle dero Vettern, und* agnaten *des ganzen Geschlechts deren von VVallenstein, nebenst vollenkommener Macht unter*

Vvallensteinius non fuit legitimus Dux Megapolitanus.

erst-

erstgesagten Seinen Lebens-Erben und agnaten, Wie dieselbe ihm succediren sollen, eine disposition und Ordnung aufzurichten. [vt habet tenor inuestiturae de dato *VVien.* 16. Iun. an. 1629. Vid. *Apologiam Ducum Megapol.* inter documenta num. 4.] Hi Duces mero Processu executiuo Ducatu suo fuere ejecti, quum neque citati neque auditi fint, id quod patet ex *Electoralis Collegij intercessione*, in qua ita: *Das die Herzoge sich so Wol uff das Herkommen im H. Reich, und die von Ih. Kayserl. May. Ihnen ertheilete* assecurationes *beruffen, und anders nicht gesucht und gebetten als das bey Kayserl. May. Ihnen ein zutritt, Ihre* defension *und Noturfft einzubringen verstattet, und Sie angehoret, nicht dergestalt mit* Executif Processen *an Land und Leuten übereilet, und vernachtheiliget Werden mogen. Darum sie (die Chur-Fürsten) Keinen umgang nehmen konnen Ih. Kayserl. May. zu bitten mehrgedachte* supplicirende *Herzogen, in solchen ihren Anligen nicht allein begehrter massen zu hören, und ihre* defension *auff und anzunehmen, sondern sich auch darauff also zuerklaren, Wie es disfals obangezogenes Heil. Reichs Herkommen, und die Reichs Verfassungen mit sich bringen.* de dato 13. Ian. an. 1629. (*V. Apolog. Duc. Megapol.* inter documenta num. 39.) *Albertus Megapol. Dux* in literis ad Ferdin. II. Imp. (de dato *Lübeck* 20. Octob. an. 1629.) porrò ita: *Es sey nicht geng* factum aliquar do pro notorio *und* ad condemnationem sufficiente *an Zuziehen, dafern es nicht* vere notorium, *noch seine* qualitates *auch nicht* notoriæ *sind, desWegen,* cùm facillimus sit in eo lapsus *sey billig iederman zu horen, und zu seiner* defension *zugestatten, in betrachtung, das Wie es sonsten mit manchen Menschen, der* ad sui defensionem *sich der Gegenvvehr gebrauchet, und einen andern entleibet sehr übel stehen Würde, das er darumb, deß das* factum siue homicidium ipsum notorium, *alsobald ungehöret ob es* dolosè *oder* cum moderamine inculpatæ tutelæ, *oder auch* excessu moderationis *geschehen sey, oder nicht, verurtheilt und zur Straffe gezogen und gefüret Werden solte. Also auch, ob zvvar* notorium, *das Er (H. von Mechelnburg) sich zu der Nider Sachsischen Crais-Verfassung verstanden, geschehe Ihm dennoch gleichfals ungütlich, das Er, ehe und bevor Er gehöret und über Wiesen, ob dasselbe,* dolo malo & destinatâ animi voluntate, propositoque lædendi Sacram Cæsaream Majestatem, *bey Ihm geschehen oder nicht, sey verurtheilet, und des seinigen entsezet Worden.* Quod Vvallensteinium attinet, vsus est ille cuniculis ad nouam quæsitam potentiam retinendam. Is enim *Rembaldum Collalti Comitem*, Cæsarei exercitus, qui in Italiam an. 1629. destinabatur, Ducem suo suffragio commendauit, non, quòd præ cæteris tanto muneri parem crederet, sed officio gratiam redditurus; quippe Collalti Studio & opera Mechlenburgensem Ducatum habe-

Ab executione non est incipiendum processus iuris.

De notoriis.

Moderamen inculpatæ tutelæ.

Vvallensteinij cuniculi.

bat, &, ne ipse, Germania abstractus, potentia, quam ibi quæsierat immensam, exueretur, (Dn *Forstner*.ad l.12. Ann. Tac.p. 104.)

Restitutio Ducum Megap.

II. Restituti tandem fuerunt Sereniss. Megapol. Duces in auitas Ditiones per Regem Sueciæ *Gustauum Adolphum*, qui illorum restitutionem etiam in tractatibus Lubeccensibus vrgere voluit, ad mulctam etiam se offerens pro Ducibus repræsentandam, si damisarentur. Quum verò omnia frustra essent, ipse armatus Germaniam ingressus edicto prius subditis ad legitimorum Ducum obsequium reuocatis, Ducatu isto recuperatio Duces cum magna gloria & solenni ceremonia ann. 1631. postliminio in Ducale territorium reduxit. Post hæc Duces cum Cæsare in Pace Pragensi ann. 1635. reconciliati sunt. In Monasteriensi verò tractatu pro amissione Wismariæ, Ducibus Episcopatus Suerinensis & Razeburgensis vnà cum aliquot Commendis & Canonicatibus Ducali Domui in compensationem dati, certisque limitib. Ducib. immunitas ab Imperij tributis est concessa. (Vid. Instr. Pac. h.) Maximam gratiam sanè Sueci inierunt, quod Duces hosce in auitas Ditiones restituerint; maiorem verò gloriam reportassent, si Mecklenburgicum Ducatum principalissimo membro, nempe *Wismariâ* non priuassent: Anonymus quidam Suecorum amicitiam hanc admodum inclementer traducit, dum sic ait: *Da muste das statliche Wismar Weil es ein schöner Seehaven bald den Schvveden Zu theil Werden, vnd hetten, Wen es Ihnen eine Ehre gevvesen, oder sie nur gekönt hetten gerne Rostock darZu genommen. Gieng also dem Herzog von Mecklenburg eben, als Wen ein Kaufman gereiset, deme etliche Reüter begegnet, vnd Ihm einen Mantel mit silbernen Knöpfen vnd verposementirten Köller genommen, denen Zvvar also bald ander nachgesezet, vnd ihnen den Mantel Wieder genommen, hetten aber ehe sie den Mantel* restituiret, *die Knöpfe vnd das Mantelköller abgeschnitten.* Hæc ille. Quicquid de eo sit, quæ semel ita placuerunt, amplius displicere nequeunt. Præclara in hanc rem Vid *Theat. Europæ* tom. 6. p. 572. Hodiernus Dux Megapolitanus in Güstrovv, est *Gustavus Adolphus* Princeps & pietate & literis clarus, vxorem habens *Magdalenam Sibyllam* Holsatiam, Lineæ verò Suerinensis modernus Dux est *Christianus*, qui coniuge Christinâ Margaretha ob discors matrimonium repudiata, in Galliam tendit & ibi, dispensante Papa, duxit *Ducissam de Chastillon*. ann. 1663. atque ita Euangelicam Religionem Pontificiâ mutauit, quod sanè non paucis dolendum accidit, Euangilicique Principes & Status ob dispensationem à Papâ concessam in publicis Comitiis Imperij modernis iustissimam querelam mouerunt. Nimirum Papisequæ, quia vident se vi non posse subigere Euangelicos, callidè ipsis Capita subtrahere, atque in sua Castra pertrahere allaborant,

Quasi postliminij exemplum.

Interesse priuatum Ducum Meklenb. atteritur.

Præter in publicis ius reddit etiã si inique decernas.

Diuortium.

Arcanum Pontificiorum.

rant,

pant, vt ita tandem, Ducibus destituti, eò facilius atteri atque sub Papale iugum reduci possint. Hem astutias! Ast Dominus prouidebit *Ein veste Burg ist vnser Gott. ein veste Citadelle.*

DISCVRSVS XVI.

DE

COMPENSATIONE

Ducum Brunsvicensium ac Lyneburgens. per Instrumentum Pacis obtenta item de Controuersiis eorum illustribus.

Ad artic. 13. Instrum. Pac.

HENRICVS *Leo* Dux Saxoniæ & Bavariæ Comes Palat. Rheni, Dux Brunsvic. & Lyneb. Nordheimensis, Stadensis, Bremensis, & omnium ditionum ab Albi vsque ad Rhenum, à iugis Herciniis ad Mare Balthicum vsque Dominus, longè potentissimus, à Friderico I. Imper. proscriptus nil nisi Lyneburgum retinuit. Bauaria *Ottoni Vittelspachio* Schirensi. *Bernhardus Anhaltinus*, Alberti Vrsi filius, Superiorem Saxoniam à Witteberga, cui Electoralis dignitas annexa, adeptus est. *Philippus Coloniensis* Archi-Præsul magnam Westphaliæ partem occupavit, & titulum *Angariæ & Westphaliæ Ducis* Imperatoris autoritate adsumpsit. Præter hos multi alij Principes huius Ducis dispendio & calamitate amplissimos Principatus sibi asseruere. Ipse exul in Angliam ad Richardum Regem socerum confugit, cuius interpositione ei reddita tantùm *Brunsvviga* cum *Lunæburgo*. Huius filius

Henrici Leonis infelix fatum.

Arcanum Imperij aduersus Principum potentiam: Divide & impera.

Henricus Dynasta in Brunsvvig ducta in vxorem Clementiâ Conradi Comitis Palatini & Electoris filiâ ab Henrico IV. Imper. Palatinus Rheni & Elector creatus qui per filiam Agnetem, quæ Ottoni Duci Bauariæ nupserat, Comitatus Palatini successionem ad Bauaros transmisit. Alter filius Leonis *Otto* contra Philippum Suevum Imperator eius nominis IV. creatus, sed à Pontifice excommunicatus, & à Friderico II. Imper. superatus, mærore obiit Hartzburgi, Brunsvvigæ sepultus. Tertius horum fratrum *Wilhelmus* stemma propagavit relicto filio *Othone das Kind, (paruus siue puer)* qui à Friderico II. Cæsare in Comitiis Ratisbonensibus ann. 1235. titulo Ducis Brunsvicensis & Lyneburgensis fuit insignitus, additis ex Vrbe Goslariâ decimis teste Aureâ Bullâ super hoc negotio datâ. Hic etiam, conuentione cum Ascaniis siue Anhaltinis initâ, omisit Saxoniæ titulum, & ditiones multis agris emptis, vel alio titulo acquisitis, auxit. Duo Ottonis filij duarum linearum satores fuere, IOANNES *Lyneburgica*, ALBERTVS *Brunsvicensis*: Illa, in nepote Ioannis, Wilhelmo ann. 1360. defecit: *Albertus Magnus* verò posteritatem diuturniorem habuit. Quum plures haberet filios, duo ex illis duos condidere ramos *Grubenhagensem* siue Hertzbergicum & *Brunsvicensem*. Quod lineam Grubenhagensem attinet, satorem illa habet *Henricum Mirabilem*, qui sedem fixit in *Grubenhagen*. Hæc arx olim, pertinuit ad Nobiles *Die Gruben*. Cæterùm cum *Cuno* feloniam in Dominum feudi, Ducem Brunsvicensem, admisisset, Albertus Magnus arcem Grubiorum, Grubenhagam ann. 1272. occupauit, ibique aliquantisper aulæ sedem fixit. Etiamsi verò Grubij, intercessione aliorum, pristina iura recepeiint, tamen familia eorum in *Ioanne Gruben* ann. 1305. defecit, atque ita hæc arx, ad Dominos directos devoluta, Ducum Grubenhagensium aulâ diu caput inter cæteras extulit. *Henricus Mirabilis* primus Dux in Grubenhagen ann. 1332. mortuus est. Vltimus huius lineæ fuit *Philippus*, qui sedem habuit in *Catelnburg*, mortuus ann. 1596. d. 4. April. terminauit hanc lineam. Huius verò ditionem *Henricus Iulius* Dux Brunsvig. familiæ Princeps exclusis agnatis, occupauit. Vnde multæ lites, [Vid. *Thuan* l. 115. Histor. p. 289.] Ann. 1609. hic Ducatus Ducibus Lyneburg. Ernesto, Wilhelmo, Iulio Ernesto, & Augusto Cellensis, Harburg. & Danneberg. lineæ in iudicio Aulico Cæsareo tanquam proximioribus est adiudicatus [*Bess.* de Pact. Familiarum Illustr. c. 9.] sententia hæc aliquot annis executione caruit, donec an. 1617. *Christianus* Dux Lyneburg. possessionem illius Ducatus apprehendit, & homagium sibi præstari fecit. Ab eo tempore hic Ducatus Ducibus Lyneburgensibus Cellensis lineæ, permansit, quum per specialia pacta Ducibus lineæ

Tituli Brunsvicensium & Lyneburgensium Ducum origo.

Linea Lyneburgensis & Brunsvicensis.

Linea Grubenhagensis.

Grubenhagen.

Felonia.

Finis lineæ Grubenhagensis. Controuersia Grubenhag.

Harburgensis Dannebergensis aliter esset prouisum. Hactenus de linea Grubenhagensi. Alteram Brunsvicensem, fundauit alter Alberti M. filius *Albertus Pinguis* qui primùm Dux erat in *Gottingen*, vnde traxit originem appellatio *des Fürstenthumbs Göttingen*, Verum frater *Wilhelmo*, Duce in *Brunschvveig & Wolfenbüttel*, mortuo Brunsvicum etiam cum Guelpherbyto tenuit. Huius filius *Ernestus* Gottingensem (*seu an der Lein*) principatum transmisit ad filium *Ottonem Malum* vel *Armipotentem* (*Herzog Otten den Quaden an der Leine*) & nepotem *Ottonem Coclitem*, in quo ramus ann. 1471. d. 2. Febr. defecit, hereditate simul ad Cellenses & VVolfenbüttelanos delata. Alter Alberti pinguis filius *Magnus* cognomento *Pius* à coniuge *Sophiâ* Brandeb. Sangershusiam, Landsbergam suis ditionibus iungenda accepit. Huius filius fuit *Magnus* cognomento *Torquatus*.

Linea Brunsvicensis prior. Göttingen Braunsvveig & VVolfenbüttel.

II. Huius Torquati duo filij *Bernhardus* & *Henricus* nouas iterum lineas Lüneburgicam & Brunsvicensem fundarunt; à Bernhardo Lyneburgenses, ab Henrico Brunsvicenses Duces descendunt. Hic *Henricus* Magni filius alterius rami Brunsvicensis sator, cum *Calenbergia Guelpherbytanum* Principatum tenuit. Huius filius fuit *VVilhelmus Victoriosus* (*H. VVilhelm mit den 7. streitten.*) Inter cuius filios *VVilhelmo Iunori Gottinga*, *Friderico Hannouera* obtigerat, sed ille hunc in vinculis tenuit. Hic VVilhelmus Iunior *Helmstadium* à VVerdense Abbatte *Antonio Grimholdo*, certa pecuniæ summa numerata in suam potestatem redegit; Nonnemo scribit: *Ciues tædio affectos trunci Domini, Ciconiam Regem tum fuisse adeptos*; quod iudicium omne punctum minimè ferre non vna ratio suadet. Vide quæ supra pag. 1. Disc. de Principibus secularibus de Helmstadio Dicta sunt. VVilhelmi Iunioris filij *Henricus Senior* lineam Guelpherbytanam plantauit, *Ericus* verò *Senior* Gottingensem siue Calenbergicam. Nam hi duo frates paternas ditiones in duas partes diuisere, altera circa Brunsvvigam, circumcirca erat sita, altera Gœttingensis monte Düstero & fluvio Lana circumscripta fuit. Henrico sorte Brunsvvicensis siue Guelpherbytana; Erico Gœttingensis Ditiones obuenere. Ericus, quum sorte ipsi obtigisset illa portio (referente *Lesznero*) fertur hunc rythmum protulisse: *Das Land Zvvischen Diester und Leine: Das ist es das ich meine.* Henrici Senioris filius *Henricus Iunior* Dux Bellicosus ann. 1519. cum *Iohanne* Episcopo Hildesiensi bellum gessit. Ioannes ille, à Cæsare Carolo V. proscriptus, in contemptum Imperialis Banni dixisse fertur: *Acht hin, Acht her, Acht und Aber Acht sein Sechszehen.* Executio banni à Cæsare commissa est Ducibus Brunsvicensibus Henrico atque Erico, qui Episcopum in tantas redegerunt

Altera siue posterior linea Brunsvicensis & Lyneburgensis.

Helmstadium.

Lineâ Guelpherbitana & Calenbergica.

Hereditatis diuisio per sortem.

Henricus Iunior Episcopatus Hildesiensis ad Duces Brunsvicenses peruenit.

Angustias, vt ipsi præter Vrbem *Hildesheim, Peina, Steüervvalt* & *Marienburg* nihil manserit reliquum: In hoc bello aliquoties arx Peinensis frustra fuit à Ducibus oppugnata, vnde rythmi:

Peine Ward gemacht so veste,
Das die Eule blieb im neste.

Occupata in hoc bello Ducibus maximam partem à Carolo V. in feudum fuere concessa, qui ea etiam sub Ferdinando I. Maximiliano II. Rudolpho II. & Matthia Impp. quietè possederunt, lite interim in Camerâ Imperiali pendente. Præterito demum bello tricennali ann. 1629. d. 7. Septemb. st. v. in causa *Hildesheim* contra *Braunschvveig* talis sententia lata: *In Sachen Weiland Hern Valentin Bischoffen zu Hildesheim Klägern eins, Wieder auch Weiland Hern Henrichen, vnd Herrn Georgen, ito Herrn Friderich Vlrichen, Herzogen zu Braunschvveig vnd Lüneburg, &c. Beklagten andern theils*, remissionis: *Sind* Doctori *Staubern seine der* declaration sententiæ, *vnd* restitution in integrum *halben beschehene Begehren abgeschlagen, sondern die Sach vor beschlossen angenommen, daruff vnd allen vorbringen nach zu recht erkandt, das ermelter Beklagter Ihm Klagern, die vom Iahr 1521. dem Bisthumb vnd Stifft Hildesheim abgenommene Schlosser, Stadte, Burg, Flecken, Klöster, Dörffer vnd alle andere entvvendete* in actis *benante. Güter, Pfarren, Lehen vnd Manschafft, Geistl- vnd vveltliche* jurisdiction, superioritet, *vndo brigkeit, &c. vnd aufgehobene Schazung, Wie solches alles Weiland Bischoff Iohan zur zeit beschehener* Occupation *vnd* inuasion *inngehabt, besessen vnd genossen, sambt auffgehobenen Nuzungen, vnd so darvon aufgehoben Werden mügen, auch erlittenen schaden vnd* interesse, *so viel er dessen alles, Wie recht,* liquidiren, *vnd darthun Wird zu* restituiren, *Würcklich abzutretten, vnd einzuraumen, auch* respectiuè *Zubezahlen schuldig, vnd darzu zu* condemniren *vnd verdammen, die Gerichtskosten derovvegen aufgeloffen aus bevvegenden Vrsachen* compensirend *vnd vergleichend.* (Vid. *Theat. Europa*, Tom. 2, p. 45.) Ab hac sententia *Dn. Fridericus Vlricus* Reuisionem petiit, & quoque impetrauit. Res dein variè armis tentata, Cæsareanis & Bauaricis Episcopatum manu militari occupantibus indéque Diœcesis instar pilæ inter Cæsarianorum & Brunovicensium ac Lyneburg. Ducum manus volutata fuit. Ad extremum Divus *Georgius* Dux Brunsuic. & Lyn. iure belli illum Espicopatum vsque ad vitæ finem tenuit. Post huius mortem an. 1643. Brunsuigæ transactio intercessit, Episcopatus ille (super quo adhuc tota Brunsuicensis ac Lyneburgensis natio ingemiscit) è Manu Sereniss. Ducum dimissus est. (Vid. *den Hildesheimischen Haubt-Receß* de an. 1643.) *Ist also ein solcher schöner Feder-Busch, Welcher den Fürstl. Braunschvv. Lüneb. Castor herlich*

Sententia in causa Hildesheim cōtra Braunschvvieg.

Restitutio fructuum.

Interesse Ducū Brunsvicensium asseritur.

und prechtig zierete verlohren gangen. Sed nos, dolore presso, redimus rursus ad *Henricum Iuniorem*, Ducem Brunsvicensem, qui, Protestantibus summæ infensus, contra Philippum Hassiæ Landgrauium armis & scriptis pugnauit, vt videre est apud *Hortlederum.* Philippo præter alia exprobrauit, quod Vxori suæ viuenti aliam superinduceret: Hic, illi par pari referens objecit, quod vxorem durius tractauerit, concubinam habuerit *Euam à Trotten*, eamquè mortuam simulauerit, quum tamen eam clam in arce *Stauffenburg* aluerit, quam historiam *Sleidanus* l.15. Comm. refert, quem cum fortè Consiliarius quidam Henrici emisset ac perlegisset, legens ista vehementer quidem incanduit, sed tandem tamen dixit: *De Schelm heffe glickvvol noch nich alles geschreuen.* An.1542. Henricus à Ioanne Friderico Electore Sax: & Philippo Hasso omni ditione exutus est, & tandem cum filio Carolo in manus Hassiæ Landgrauij peruenit, & captivus *Ziegenheinæ* tamdiu detentus est, donec Carolus Cæsar inter conditiones Hassi reconciliandi 1547. eius etiam libertatem pacisceretur. Demum ann.1553. fœdus iniit cum Mauritio Electore Saxoniæ adversus Albertum Brandeburgicum, toti familiæ funestum. Nam in prælio ad *Siuershusam* duos filios *Carolum Victorem* & *Philippum Magnum* amisit. Ad extremum cum tot bellorum cladibus & domesticis ruinis sarciendis ad ciuilem administrationem animum aliquamdiu applicuisset, atque diu satis Concilij Christiani expectatione elusus esset, Aug. Confessionem veram se iudicare publico diplomate professus, 1568. vitâ excessit. (V. *Thuan.* l.63.p.652.) Henricus ex *Maria* Würtembergica reliquit *Iulium*, quem superstitibus Carolo & Philippo Pater Sacris destinarat. Hic Divus *Iulius*, Patre defuncto, Principatus sui initio Augustanam Confessionem per totam Ditionem promulgari curauit, vsus ad id opera *Iacobi Andreæ* Tübingensis & *Martini Chemnitij* Brunsvicensis Theologi; & ita puræ religionis Christianæ assertor acerrimus extitit. Quum an.1582. *Comites Hoienses* extincti essent, vna cum agnatis Comitatum illum adijt, & hinc hereditatem *Erici* patruelis creuit an.1584. Demum an. 1589. quum Ditionem ex Martis officina in Musarum domicilium, *Academiâ Helmstadiensi* ex consilio Chemnitij instituta, transformasset, obiit. [Vid. *Thuan.* l.80.p.953.& l.96.p.727.] Ei successit filius *Henricus Iulius*, qui etiam bimulus an.1566. postulatus *Episcopus Halberstadensis* hac conditione, vt gubernatio Diœceseos 12. annis penes Capitulum maneat, & Episcopo 1000. Rthlr. quotannis pendantur, reliqui verò reditus ad dissolvendum æs alienum, à prioribus Præsulibus contractum, convertantur. Factus est etiam *Episcopus Mindensis* ex resignatione *Hermanni* Comitis Schavvenburgici. Hic

Bigamia simultanea.

Concubinatus.

Veritas parit odium.

Prælium ad Siuershusam

Divus Iulius Dux Brunf. & Lyn.

Reformatio religiosa in Ducatu Brunsuic.

Henricus Iulius Dux Br. & Lyn.

Princeps ob insignem justitiæ, prudentiæ & fortitudinis laudem, ad quam accessit linguarum notitia, omnium sui temporis Principum clarissimus, viros doctos, & ipse doctissimus, æstimauit, & Academiam Iuliam superbo Collegio ornauit, perpetuumque eius Rectoratum in se recepit. Decessit Pragæ an. 1613. d. 20. Iul. quod ei prædixerat *Rollenhagius* insignis Mathematicus Rector Scholæ Magdeburgensis: fore vt extra Patriam moreretur. In Ducatu Patri successit primogenitus filius *Fridericus Vlricus*, qui vrbem *Brunsvigam* an. 1615. obsedit; cæterùm interpositione Reg. Daniæ plurimorum Electorum, Principum & Ciuitatum pax conclusa an. 1616. & seruatis priuilegiis à Ciuibus Duci homagium præstitum, & an. 1617. proscriptio abolita. In causa autem *Grubenhagia* sententia aduersus patrem 1609. concepta, sed demum 1617. publicata, Dux possessionem principatus illius Lyneburgicis cum fructibus & sumptibus restituere iussus est. In præterito triceonali, (quod ipsum insolentes & improbi nonnulli ministri in rem & vtilitatem suam vertere sciuerunt) bello varia expertus, tandem an. 1634. vltimus sui rami, obiit. *Ericus Senior*, secundus Wilhelmi Iunioris filius, nouæ *lineæ Gottingo-Calenbergicæ* sator fuit. Hic quod in bello Bauarico, prælio aduersus Bohemos, Maximiliano I. Imp. vitam seruauerat: *auream stellam* insignibus *Sereniss. Ducum Brunsuicensium* intulit. Hæc linea in filio *Erico Iuniore*, qui an. 1584. Papiæ in Italia mortuus, defecit, & hæreditatem eius Diuus Iulius Dux creuit.

Fridericus Vlricus Dux Br. & Lin. Eludrus circa vrbem Brunsuigam

Linea Göttingensis & Calebergica.

Linea Lyneburgica.

III. *Bernhardus* alter filius Magni Torquati lineam Lynæburgicam propagauit. Inter hujus descendentes pronepos *Henricus Iunior* genuit *Franciscum* in *Giffhorn*, qui filias tantùm *Catharinam* & *Claram* suscepit: Reliqui duo *Otto* & *Ernestus* duarum linearum satores extitere: *Otto* fuit Dux Lyneb. in *Harburg*; *Ernestus* verò Dux Linæb. in *Zell*. Ottonis filius *Otto Iunior* ex nobili *Metta de Campen* susceptus, adeoque linea à reliquis agnatis initio non agnoscebatur, sed autoritas Cæsarea illam tutata est. Ottonis hujus filij omnes ἄπαιδες extincti: Vltimus lineam terminauit *Vuilhelmus*, qui obiit an. 1642. *Ernestus in Zell* reliquit filios *Henricum*, (qui sortitus Principatum Dannebergium) & *VVilhelmum in Zell*. Henrici filius *Iulius Ernestus* post patrem Danneborgæ præfuit: alteri autem filio *Augusto Hizgera* habitanda data est. Quum verò *Fridericus Vlricus, Brunsuicensis lineæ vltimus*, an. 1634. extinctus esset, non tantum fratri Iulio Ernesto, qui an. 1636. mortuus, sed etiam huic in Ducatu Guelpherbytano successit. Eius etiam linea in Instrumento pacis hic, si deficiat Cellensis, ad alternationem Episcopatus Osnabrugensis vocatur. Princeps hic pietate, justitiâ & literis insigne nomen promeritus, non

Linea Harburgensis.

Nota Principis matrimonium cum virgine nobili.

Linea Zellensis dispescitur in Danenbergicam nunc Vvolfenbüttelanam, & Zellensem.

Divus Augustus Dux Br. & Lyn.

iam pridè, omnium Evangelicorum luctu, animam cœlestem cœlo reddidit, & rerum humanarum viciſſitudini exemptus eſt. De *Bibliotheca Guelpherbytana*, quam Divus Auguſtus inſtruxit, & per totam Europā famigeratiſſimam reddidit, vide Dn. *Conringij* Tr. de Bibliotheca Auguſta. Succeſſit immortali huic Heroi in Principatu filius primogenitus Sereniſſ. Dn. *Rudolphus Auguſtus*, Princeps in omnium virtutū exempla genitus, pietate & iuſtitia Divi Auguſti famam in Regimine adæquans, inter cuius præcipuos Miniſtros hodie ſunt Generoſus, Nobiliſſimus & maximè ſtrenuus Dn. *Hildebrand Chriſtoph de Hardenberg*, Pro-Princeps & ſanctior Conſiliarius, Magnificus Dn. *Hermannus Hæpfener* ICtus, Conſiliarius intimus & Cancellarius. Nuper etiam intellexi in eadem aulâ Generoſum Nobiliſſ. & Maximè ſtrenuum Dn. *Martinum ab Heimburg* iam Supremi Mareſchalli & Sanctioris Conſiliarij munus obire, &c. Quod *lineam Cellenſem* attinet, derivatur illa ab altero Ducis Erneſti filio *Wilhelmo*. Quum anno 1582. *Otto Comes Hoienſis ultimus* rebus humanis eſſet exemptus, diviſus eſt ille Comitatus inter feudi illius Dominos, & huic Wilhelmo ceſſerunt ſequentes Ambactiæ *Hoya*, *Nienburg*, *Liebenau*, *Alten und Neuen Bruchhauſen*; *Iulio* verò Duci Brunſvicenſi obtigerunt *Stolzenau*, *Ehrenburg*, *Barenburg*, *Sicke*, *Steigerberg*, *Siedenburg* & *Diepenau*; *Landgravio* verò Haſſiæ ceſſerunt duæ præfecturæ *Ucht* & *Freudenberg*, de quibus rurſus ſunt inveſtiti *Comites de Tecklenburg & Bentheimb*. Quum porrò an. 1585 *Fridericus Comes zu Diepholz*, *Edler Herr zu Bronckhorſt*, eſſet mortuus ſolus *Wilhelmus* Iunior Dux Brunſvic. & Lyneb. in *Zell* feudum illud, ſibi apertum, Ducatui ſuo coniunxit. Mortuus eſt Wilhelmus an. 1592. relinquens ſeptem filios ſuperſtites, quos cum patruo Henrico in Dannenberg à ſucceſſione Grubenhagenſi excluſit *Henricus Iulius* Dux Brunſvicenſis, unde utriuſque lineæ Brunſvicenſis & Lynæburgenſis controverſia. Filij Wilhelmi communi pacto conſtituere, ut unus ſolum uxorem duceret reliqui cælibem vitam agerent, quæ ſors in *Georgium* Ducem Brunſvic. & Lyneburg. in *Herzberg* cecidit. Ex illis *Erneſtus* primus patri ſucceſſit ad annum uſque 1611. Hinc *Chriſtianus Senior* Epiſcopus etiam Mindenſis. Quum *Chriſtianus IV.* Rex Daniæ conſtitueretur Dux Inferioris Saxoniæ circuli, quod munus Chriſtiani erat, iuſſi ſunt à Cæſare Ordines, imperium circuli ipſi reſtituere. Poſt illum *Auguſtus* [olim an. 1605. Hanſeaticarum copiarum, quæ Brunoniſvico ſaluti fuere, dux] regimen ſuſcepit, qui ſimul *Razeburgenſis Adminiſtrator* fuit. Succeſſit *Fridericus*, qui uſque ad an. 1648. regimini præfuit. Quod Divum *Georgium* attinet, is an. 1611. ſub R. Daniæ adverſus Suecos prima ſtipendia fecit, Legionis Dux, inde Gene-

Sereniſſ. Dn. Rudolphus Auguſtus Dux Br. & Lyn.

Linea Cellenſis.

Intereſſe ratione Comitatus Hoienſis & Diepholt.

Notabile pactum de cælibatu, quod nonnunquam per varietate ſtatus defendi poteſt.

Divus Georgius Dux Br. & Lyn.

ralis Vigiliarum Præfectus. An.1616. Pragæ apud Imperatorem vrsit, vt sententia in causa Grubenhagensi, an.1609. in fauorem Lyneburgicorum lata, publicaretur; id quod etiam paulò post factum. An.1619. in Diæta circulari Brunsvvigæ inferioris Saxoniæ Dux militaris constitutus est, quo titulo se abdicauit an.1624. & seqq. annis Cæsareas partes aduersus Regem, quem agnati Friderici Vlrici Orbitati imminere verebantur Lynæburgici, in iusti militis modum amplexus est, Sed dein ex Lipsiensis fæderis præscripto copias scribit, paulò pòst Succiæ Regi apertè accedens. Post huius mortem ei tertia pars exercitus Suecici commendata, qua per Westphaliam & ad Visurgim res agerer. An.1633. *Hameliam*, cæsis ad *Oldendorf* prope *Schavvenburg* Cæsarianis, *Osnabrugam* & *Petersburgum* munitionem cepit. An.1634. *Hammoniam* in Westphalia, *Hildesiam*, *Mindam*, *Nienburgum* & *Neostadium ad montem raparum* sibi subjecit. An.1635. Pace Pragensi Cæsari reconciliatus, & causa Brunsvvigiæ successionis expedita, vnde an 1636. in Ducatu Brunsvvigo-Calenbergico à subditis receptus est. An.1637. *Gallasio* contra Suecos adstitit. Sed an.1638. Gallassio hyberna negans Suecica auspicia rursus secutus, ita tamen vt quæ eius subsidio gererentur alienæ gloriæ cederent. [Dn. *Spenner.* in Syllog. Histor. Genealog. p.165.] Mortuus an.1641. d.2. April. Reliquit ex *Anna Eleonora* (quæ an.1649. in victalitio *Herzberg* mortua) Ludouici Landgrauij Hasso-Darmstadini filia, *Christianum Ludouicum*, qui natus an.1622. d.25. Febr. cui matrimonio iuncta fuit *Dorothea* Philippi Ducis Holsatiæ in *Glucksburg* filia, an.1653. d.9. Octobr. Aulam primo habuit Hannoueræ, duranteque ibi eius regimine pretiosum illud Clinodium *Episcopatus* scilicet *Hildesiensis* per transactionem an. 1643 Brunsvvigæ initam Ducali domui ademptum. Mortuo dein *Friderico* Duce Brunsv. & Lyneb. in *Zell*. an.1649. Christiano Ludouico Cellensis Principatus à patruo obtigit, cum titulo Ducis circuli infer. Saxoniæ. Serenissimus illè Heros & Optimus Patriæ Pater non ita pridem, maximo cum subditorum gemitu, an.1665. mortuus. Alter Diui Georgij filius Sereniss. Dn. *Georgius Wilhelmus* (qui natus an. 1624. d.16. Ianu.) fratre Christiano Ludouico Cellas adeunte, Hannouerana siue Calenbergica portio contigit [*Das Land Zvvischen Diester, und Leine sambt dem Lande Gottingen.*] Mortuo mense Martio an. 1665. fratre Principe Christiano Ludouico Sereniss. Dn. *Ioannes Fridericus*, tertius Diui Georgij filius, qui morienti fratri præsens fuerat, possessionem ædis & ciuitatis Cellensis occupauit, & Calenbergicorum Legatorum, qui nomine fratris Dn. Georgij Wilhelmi casum hunc ibidem expectabant, diplomata Cancellariæ, curiæ & templo affixa, refixit, propositum compossessorium repudiauit, & Præfecturas,

Divus Christianus Ludouicus Dux Br. & Lyn.

Dn. Georgius VVilhelmus Dux Br. & Lyn.

Dn. Ioannes Fridericus Dux Br. & Lyn.

Controuersia Caleberga Cellensis.

ras, quæ quidem Calenbergicis dederant, in ſuas partes tanquam legitimus in Principatu Cellenſi Fratris ſucceſſor: Eandem verò ſucceſſionem ex *libertate & iure Optionis* Dn. Georgius Wilhelmus ſibi deberi indicauit, Calenbergicum ſuum Ducatum Dn. Iohanni Friderico relicturus. *Fundamenta* Sereniſſ. Dn. *Georgij Wilhelmi* proponuntur in ſcripto: *Kurzer Bericht von dem* Sereniſſ. *Herzog Georg Wilhelm*, &c. competirenden iure optionis. *Fundamenta* verò Sereniſſ. Dn. *Ioannis Friderici* deducuntur *Im Begründeten Gegenbericht*, &c. *Euentus huius controuerſiæ talis eſt*: Quum res conductis vtrinque copiis ad arma ſpectaret, plures Principes ſuas partes interpoſuerunt, atque ita in menſe Auguſto 1666. tranſactum eſt Hildeſiæ, vt Sereniſſ. Dn. Georgius Wilhelmus Cellenſem, Frater verò Sereniſſ. Dn. Ioannes Fridericus Calenbergicum Principatum haberent. Et ſic magno Ducatuum Brunſvicenſis & Lyneburgenſis bono concordia inter Sereniſſimos Duces redintegrata, quæ, vt firmiter duret, omnes eorum ſubditi votis non fictis optant. Sanctiores Sereniſſ. Dn. Georgij Wilhelmi Conſiliarij hodie ſunt Generoſus Nobiliſſimus & Maximè Strenuus Dn. *Paul Ioachim de Bylou*, Præſes: Magnificus. Dn. *Heiman* Ictus, Cancellarius, item Generoſi, Nobiliſſimi & maximè ſtrenui Domini, *Hieronymus de Grapendorp*, ſummus Prætor, *Hans Philipp de Çramm*, Satrapa ſupremus Comitatus Hoienſis, & *Otto Otto de Manderoda*, &c. qui omnes Sereniſſimi Principis excelsè memorati, Conſiliarij ſanctiores exiſtunt. Sereniſſ. verò Dn. Ioannis Friderici præcipui Miniſtri & Conſiliarij ſanctiores ſunt, Magnificus & maximè Strenus Dn. *Henricus Langenbeck*, Ictus, Cancellarius: Generoſus Dn. *de Grote*, Magnif. Dn. *D. Witte*, &c. Minimus natu Diui Georgij filius Sereniſſ. Dn. *Erneſtus Auguſtus*, natus ann. 1629. d. 20. Nou. ann. 1658. d. 17. Octobr. connubio ſibi iunxit Sereniſſimam Principem *Sophiam* Friderici V. Electoris Palatini filiam, ex qua familiam propagare cæpit, nato an. 1660. d. 26. May. *Georgio Ludouico*. Hic Sereniſſ. Princeps iure familiæ, ex pace Monaſterienſi collato, ann. 1661. Epiſcopus Oſnabrugenſis factus eſt, eidemque d. 20. Septembr. Oſnabrugæ à capitulo, Nobilibus & ciuitatibus homagium præſtitum, quum tamen *ciuitas Oſnabruga* non erectis digitis [vt communiter fit] ſed iuxta morem antiquum per Conſules & Syndicum, ſtipulatâ manu, oſculo Epiſcopi manibus infixo, promiſerunt, vti Oſnabrugæ mihi Dn. D. *Eberhardus Vette*, Ictus & Reipub. illius Syndicus, ann. 1663. retulit. (Conf. Inſtrum. Pac. h. verſ. *Tertio.* verb. *Quatenus obſeruantia ab antiquo obtinuit.*) Conſiliarij ſanctiores Reuerendiſſimi ac Sereniſſimi Principis Dn. Erneſti Auguſti ſunt Generoſus Nobiliſſ. & maximè Strenuus Dn. *Georg. Chriſtoff. de Hammerſtein*, Mareſchallus, Dn.

Nota Optionis hereditariæ exemplum.

Dn. Erneſtus Auguſtus Epiſc. Oſnab. Dux Br. & Lyn.

Singularis mos circa homagium.

Dehrentahl Cancellarius, & Dn. *D. Scheppeler*, olim Reipub. Osnabrugensis Consul, qui in modernis Comitiis splendidissimum Legati munus obiit.

Franciscus Vvilhelmus Episcopus Osnabrugensis.

IV. In Instrumento Pacis h. præterquam quod Osnabrugensium Episcoporum successio alternatiua cum Ducibus Brunsvvig. Lyneburgensibus sancita est, insuper Dn. *Gustavus Gustaui* Comes in Wasenburg Regis Sueciæ Gustaui Adolphi filius naturalis, qui an. 1634. mens. Ian. Osnabrugensis Dynasta factus fuit, renunciat Episcopatui Osnabrugensi, & pecuniariam recipit satisfactionem. Episcopatus verò restitutus Dn. Episcopo *Francisco Wilhelmo*, qui an. 1651. d. 24. May. Osnabrugam rursus intrauit. Episcopus hic, quantùm in se fuit, negotio Pacis Germanicæ multas moras iniecit, imò in totum Paci Westphalicæ obicem posuisset, si illius & asseclarum potentia præualuisset. (Vid. *Theat. Europ.* Tom. 6 p. 278.) Hinc an. 1646. mens. Decemb. *Longauilla Dux*, huic præcipuo Catholicæ factionis incensori, imprudentiam & pertinaciam exprobrauit. (Dn. *Forstner*. In Epist. p. 68.) Et an. 1649. d. 24. Matty Monasterij Dn. de *Thumbshirn*, Legatus Saxonicus, ita conquestus: *Das es mit der Osnabrückischen* Capitulation *besonders* quoad Ecclesiastica *auff seiten des Bischofs nicht fort Wolte; Woran aber dem Euangelischen Wesen sehr viel gelegen, vnd ohn derselben richtigkeit die* euacuation *im Stifft Osnabrück von der Cron Schvveden nicht zu hoffen: dannenhero der Friede, zumahln der Herr Bischoff Franz Wilhelm, Wegen Ermangelung des Stiffts allerley vnheil besorglich anrichten dörffte*, in incerto *sein Würde* (*Theat. Europa.* Tom. 6. p. 704.) Vnde Norimbergæ dein an. 1649. mens. Maio in specificatione restituendorum ita cautum legimus: *Die Osnabrückische* guarnison *verbleibet bis vermög des Friedenschlusses der Herr Bischoff die völlige* execution *alda abgericht* Quid cautum sit de religionis Statu in Episcopatu Osnabrugensi Vid. Instr. Pac. h. sb. late hoc ipsum exponitur.

Vvalckenried.

V. Conceditur porrò Ducibus Brunsuic. & Lyneb. in *Zell*, Prælatura *Walckenried*, de qua iam supra (part. 1. Disc. de Episcopis & Abbatibus) egimus, & annullatur ius aduocatiæ aliæque Episcopatus Halberstadiensis & Comitatus Hohensteinensis prætensiones. *Henricus Eckstormius*, notat de monasterio Walckenrithensi Ottonem IV. Cæsarem resignatam sibi à Comite Hohenstensi Aduocatiam in Villa Rhoda, cum omni iure monasterio contulisse (in Chronic. Walckenrith. p. 81.) Idem (p. 91.) narrat: *Pro Aduocatia quam Comites Hohensteinij ab Imperio in feudo habebant, Monasterium ipsis numerauit 36 argenti marcas.* Vnde patet Aduocatorum illorum iudiciis hoc Monasterium, ære dato, fuisse ereptum, & propriam in sua iu-

risdictionem accepisse. [Conf. Dn. *Coring.* de Iudicijs Imp. German. p.252. Edit. Ebrodun.] Restituitur porrò Ducibus Monasterium *Grœningen*, reseruantúrque ipsis jura in castrum *Vversterburg*. Manet etiam rata infeudatio Comiti *Leopoldo Wilhelmo à Tattenbach* Equiti Melitensi & Consiliario Cæsaris à Ducibus facta. Eidem Comiti, qui in Stiria Comitatum Tattenbach possidet, côcessus est Comitatus *Rheinstein* in feudum ab Episcopo Halberstadensi. An.1641. in Comitijs Ratisbon. nomine Comitatus Reinsteinensis Episcopatus Halberstadensis Legatum habuit. Et hod. Comitatus iste est feudû perpetuum Principatus Halberstadêsis (V. supra art. 11. Instr. Pac.) In Repartitione Noribergica ann. 1650. extant sequentia. *Grafffschafft Rheinstein, Blanckenburg, Herzog* Augustus *vnd Herzog Christian Ludevvig zu Braunschvveig Lüneb. gibt der Graff von Tattenbach* pro rata *seinen antheil.* Ex Recess. Imp. de an. 1654. subscriptione patet, quòd Comes de Tattenbach ratione Comitatus Reinstein in istis Comitiis per Legatos comparuerit. Vlterius in gratiam Ducem Brunsuic. & Lyneb. expungitur *debitum Tillianum*, & *Ratzenburgense* (Vid. Instr. Pac. h.) & tandem Diui Augusti, Ducis Brunf. & Lyneb. Serenissimis filijs Dn. *Antonio Vlrico*, qui an. 1633. d. 4. Octob. natus, & Dn. *Ferdinando Alberto*, qui an. 1633. d. 22. May. hanc lucem aspexit, duæ præbendæ in Episcopatu Argentinensi conceduntur. De controuersia inter Duces Brunsuicenses & Lyneburgenses & Ciuitatem *Braunschvveig* Vid. Dn. *Limnæ*. l. 7. de Iur. Pub. c. 9. n. 5. & seqq. *Metteran* l. 26. p. 25. l. 31. p 498. & seqq. *Thuan*. l. 133. p. 1064. *Knipschild*. de Iur. & Priuil. Ciuit. l. 4. c. 1. *Klock*. Tom. 3. Cons. 134. *Hortleder*. l. 4. de caus. Belli Germ. c. 2. & 5. Tract. cui tit: *Ausführlicher Warhafftiger Historischer Bericht die Fürstl. Land vnd Erbstatt Braunschvveig auch der Herzogen zu Braunschvveig Lüneburg Wolfenbüttelschen theils, darüber habenden Lands-Fürstl. Hoch-Obrid-vnd Gerechtigkeit, auch ihre der Statt vnmittelbare angeborne schuldige* subjection *vnd Vnterthänigkeit betreffend.* V. *Limnæ*. l. 5. de Iur. Publ. c. 6. n. 6. & seqq. An amica transactione vel juris via hæc controuersia jam composita sit incertus sum.

Reinstein.

Modus soluendi singularis.

DISCVRSVS XVII.

De

VSVFRVCTV CHRISTIANI VVILHELMI

Administratoris Magdeburgensis.

Ad Artic. 14. Instr. Pac.

I. CHristianus *Wilhelmus*. Ioachimi Friderici Electoris Brandenburgensis filius, natus an. 1587. d. 28. Aug. & an. 1598. Admi-

Christianus Wilhelmus Administ. Magdeburgensis.

nistrator Magdeburgensis factus. Hic, quòd bello Danico arma contra Cæsarem gessisset, proscriptus est 1628. & à suis desertus. Itaque ad externos Principes & demum Reg. Suec. 1630. profectus auxilium implorat & Magdeburgum 1630. d. 1. Aug. redit. Quum verò Cæsareani iura Episcopatus invaderent (nam post promulgatum edictum Ferdinādinum an. 1629. Mitra Archi-Episcopatus Magdeburgensis Ferdinandi II. Imp. filio *Leopoldo Wilhelmo* destinabatur) Administrator Vrbem Magdeburg. fœdere sibi iunxit, & vndique se copias contraxit. die. 7. Aug. Halam tendit, & frustra. Cæsareanis iam vndique prævalentibus, *Mauritioburgum* tentat. Rediens Magdeburgum Cæsareani Vrbem arctâ obsidione premunt. In repugnatione verò Vrbis an. 1631. Administrator glande plumbeâ sinistrum crus traiectus, & capite graviter contuso, in potestatem Pappenheimij venit, atque captivus Viennam abductus, inque illa captivitate an. 1632. puro Christianismo relicto, ad Papales superstitiones Christianæ religioni inimicas, defecit. Non professus tantùm religionem Pontificiam verùm etiam suo sub nomine *Speculum veritatis* (cui nostrates *Brochmannus* & *Melchior Nicolai* scripta opposuere) evulgari passus. Pace Pragensi an. 1635. Magdeburgensis Archidiæcesis cessit Dn. *Augusto*, fratri Ioannis Georgij Electoris Saxoniæ, in qua Transactione ipsi Cæsar pactus est annua 12000. Imperial. In Instrum. Pac. h. loco illius pecuniæ ipsi cœnobium & Præfectura *Zina* & *Loburg* substituta, vnde vitam hactenus sustentavit. Mutatâ religione post obitum Coniugis *Dorotheæ* an. 1649. Henrici Iulij Ducis Brunsvic. filiæ, sibi matrimonio iunxit *an. 1650. d. 17. Febr. Barbaram Eusebiam* Iaroslai Comitis in Martiniz filiam.

Vsufructus lege constitutus.

II. Mortuo administratore Christiano Wilhelmo ann. 1658. vsusfructus cœnobij & Præfecturæ Zinæ & Loburg quoque fuit extinctus; quemadmodum *personalia solent cum persona mori, sicut amicula sive ferales* (vt vocant) *Cappæ cum cadaveribus Sepulchro conduntur.* (c. Privilegium, de R I. in 6.)

DISCVRSVS XVIII.

DE COMPENSATIONE ET CAVSA Hasso-Cassellanâ.

Ad art. 15. Instrum. Pac.

Hassia divisio per testamentum.

I. PHILIPPVS *Magnanimus* Hassiæ Laudgravius, moriturus an. 1567. testamento divisit hæreditatem inter quatuor filios

Wilhelmum, Ludouicum, Philippum & Georgium. *Wilhelmus Sapiens* in Cassel Astrologus insignis semissem Hassiæ, nimirum Inferiorem Hassiæ Principatum, & Comitatus Zigenheimi potiora, illo testamento obtinuit, *Ludouicus* testamento patris quadrantem Hassiæ obtinuit, nempe Principatum ad Lanum & Comit: Niddanum & *Marpurgi* sedem fixit: *Philippus* dimidium quadrantem accepit, inferiorem scilicet Comitatum Cattimelibocensem, sedemque fixit in *Reinfels.* Quartus filius *Georgius* dimidium quadrãtem obtinuit, superiorem nempe Comitatum Cattimelobocensem, aulæque dicauit *Darmstadium.* Addidit Pater in Testamento, vt si quis eorum sine hæredibus masculis decederet: reliqui per substitutionem fideicommissariam succederent ex æqualibus partibus. *Philippus Reinfeldius* dein decessit sine herede, & hæreditas sine litigio inter fratres diuisa. *Ludouicus* quoque *Senior* Marpurgensis, cum nullos genuisset liberos, ann. 1604. testamento semissem bonorum *Mauritio* Cassellensi, Wilhelmi IV. filio addixit, qui quũ Lutheranâ religione desertâ, Reformatorum doctrinam amplecteretur ob reformationem institutam vrbem & agrum Marpurgensem sententia Cæsaris an. 1623. amisit. Alterum verò semissem Ludouicus tribus Georgij Darmstadiensis filiis Ludouico, Friderico & Philippo in vltima voluntate sua attribuit, hac lege, ne quid in religione contra Augustanam Confessionem mutaretur. Quum verò Mauritius huic legi testamentariæ non inhæreret (vt Darmstadienses conquesti) graues inde motus extiterunt, qui totam Hassiã præterito bello miserandũ in modũ afflixere, Darmstadinis à Cæsare, Cassellanis à Gallis & Suecis sibi auxiliũ accersentib. Et quamquam *Wilhelmus* V. *Constans* dictus, Amnestia Pragensi exclusus, imò & proscriptus fuerat, armis tamen, dum vixit, se tutatus est liloque an. 1637. d. 21. Septemb. *Liera* in Frisiã Orientali mortuo vidua illius *Amelia Elisabetha* Comitissa Hanoviæ Münzenbergensis pro filio *Wilhelmo VI.* fortiter excubuit. An. 1623. *Tillius* in Hassia hyberna sumpsit. an. 1626. iterum Tillius, misso in Hassiam *Gronsfeldio*, iussit Mauritium Cassellis obsideri; nec aliter componi res potuit, quàm vt translato in filium Wilhelmum regimine, Pater Mauritius se abdicaret. Hoc facto an. 1632. Mauritius fatis concessit *Wilhelmus* VI. à Patre traditum Regimen Principatus an. 1627. suscepit, & cum Rege Sueciæ, Germaniam ingresso fœdus iniit, ac quoque Lipsiensi conuentui interfuit an. 1631. Inde ipse Regi, qui ad Lypsiam hostem vicerat, prope Hœchstam suas junxit copias, quæ postea Rege occiso, Lyneburgicis & Kniphosio additæ, varia egere. Pace Pragensi an. 1635. pæne solus in Germania (recusata quæ offerebatur, amnestia) noluit comprehendi, Post eius mortem *Amelia Elisabetha* Hanoica Heroina

Philippi Landgrauij.

Substitutio fideicommissaria.

Controuersia Haßiaca de successione Marpurgensi.

Vvilhelmus V. Hass. Land.

Amelia Elisabetha, Hass Landgr.

Vilhelmus VI. Hass. Landgr.

strenuè bellum perrexit,& Marpurgensi controversia resumpta adversus Darmstatinos bellum gessit. Tandem interpositione Ernesti Ducis Saxoniæ in Gotha an. 1648. mens. April. *de Marpurgensi controversia ita transactum: Das Hessen Cassel von der Marpurgischen Portion die eine Helffte und also quarta pars totius hereditatis gleichsam ab intestato für vill,und von der andern Helffte,und respectivè quarta so sich nach dem alten an. 1605. von denen niedergesezeten gebreüchen anschlagen vff 25065. fl.6.albus.sechs und ein viertel heller erstrecket fünf tausend gülden iährlicher intraden, an Land und Leuten mit aller Hoheit, Herlichkeit, Nüzungen und Gerechtigkeiten;das übrige aber an solcher helffi oder quarta eben auff solche Maas Hessen Darmstatt,mit aller Hohheit, recht und Gerechtigkeit erb-und eigenthümlich gelassen Werden, und also verbleibē, das hierin bey der Abtheilung so in beygefügten Theilungs-Zettuln,Welche von beyden Fürstl.Theilen vnterschriebē,Zu befinden,kurzvorhergedachte alte anschläge,als Welche an.1605. Zu ebenmessigen ende gereicht, in acht genommen Worden, das mit dem negsten und zum langsten innerhalb 14. tagen von dato dieses Vergleichs von beyden Fürstl.theilen ihre* Commissarien *in die örter vnd ämbter des Marpurgischen theils abgeordnet Werden sollen, dieselbige nach obiger* proportion *zu lieffern, vnd darauff die Vnterthanen der bisher getragenen Pflicht zuerlassen, und beyden Fürstl. theilen* reciproce *anZuvveisen.* Et mox: *Demnach auch zum vierten vnter beyden Fürstl. Theilen Wegen Schloß und Statt Marburg, auch der* Vniversitet *daselbst nicht geringe* difficultet *entstanden, in dem ein ieder Weder selbige in sein Antheil Landes gesezet Wissen Wollen &c. so ist dieser* passus *dergestalt* resolviret *und verglichen Worden, das nemlich Schloß und Stat Marpurg zvvar in die Hessen-Casselische* portion *gesezet von derselben aber Herrn Landgraff Georgen Fürstl. Gnad.Sechzig Tausend Gülden Hessischer Cammervvehrung,den Gülden Zu 16.albus gerechnet, an bahren Gelde,ohn einige* exception compensation *oder auffhalt, innerhalb fünff viertel Iahren* à dato *anZurechnen, bezahlet Werden sollen &c.* [Vid. *Theat. Europæ*. Tom.6.p.415. 416. 417 1027.] Hæc Transactio in Instrum. Pac. h. confirmata est. In quo vlterius satisfactionis loco Domui Hasso-Cassellanæ conceditur *Abbatia Hirschefeldensis* & ius directi & vtilis dominij in Præfecturas *Schavvēburg, Buckeburg, Statthagen* & *Saxenhagen*, &, pro Satisfactione, 600000. Imperialium soluta. Transactio insuper in causa cum Comitibus VValdecciis, vt & in vtraque linea ius Primogenituræ confirmata. *VVilhelmus* VI. an. 1649. mense Iulio matrimonio sibi iunxit *HedWigen Sophiam* Georgij VVilhelmi Elect. Brandeb. filiam ex qua genuit an.1651.d. 21 Iun. *VVilhelmum* VII. modernum Serenissimum Hassiæ Landgravium qui adhuc sub tutela Serenissimæ Matris adolescit, & ad magnæ fortunæ cultum excitatur.

Eventus Controversiæ

Interesse Domus Hasso-Cassellanæ mirificè promotum,

DISCVRSVS XIX.

DE EXECVTIONE, RATIFICATIONE & Confirmatione Pacis Monasteriensis.

Ad art.16.& 17. Instr.Pac.

I. QVÆ circa hosce duos postremos Instrumenti Pacis articulos in conventu Osnabrugo - Monasteriensi acta sunt, vid. *Theat.Europæ.*[Tom.6.p.427.428.429 431.433. 434. 437.559. vbi plura egregia de Satisfactione nummaria Cæsarea, Suecica & Bavarica non sine stupore leges.] Agitur autem art.16. Instr.Pac.quomodo, omni hostilitate cessante, pax executioni dari queat Quod negotium demum plenissimum robur Noribergæ an.1650.d.26 Iun.st.v.accepit. Vid.Execution Recess de an.1650. in tot. Edictum Imperatoris Ferdinandi III. de executione Pacis vid.in *Theat.Europæ.* Tom.6.p.506. Quomodo executio Pacis promouenda V.Instr.Pac.art.16.v. *Inprimis quidem* &c.& seqq. De satisfactione militiæ Suedicæ vid.d.art.16.v. *Denique pro militia* &c. *Theat.Europæ.* Tom.6. p.288.423 424.425. In hoc puncto Cæsareani an.1647. mens. Decemb.ad Suecicos dixerunt: *Es Were Schwedischen theils eine solche* Satisfaction *gefordert Worden, darümb man fast das Rom. Reich kauffen könte.* De puncto euacuationis vid. *Theat.Europæ.*Tom 6.p.1033 *Francodalij* euacuatio, lapis ille offensionis, demum an.1652.secuta [Vid. *Contin.Th.Eur.* ad an.1652.p.160.] & *Vechta*, in agro Monasteriensi, non nisi an.1654.d.3.Octob.Suecis euacuata. De restitutione locorum, archiuorum,documentorum, mobilium, tormentorum, vecturis præsidiariorum & militum decedentium, eorumdemque exauctoratione, Vid.Instr.Pac.art 16.vers. *Restituantur etiam* &c.

Satisfactio Suecica.

III. De confirmatione & ratificatione pacis agitur toto art.17.Instr. Pac. Sancitur ibi,quòd paci huic contrauenientes pœnam pacis publicæ ipso iure & facto incurrant. Conf Dn.*Blumium*.de Processl.Camer. Tit.18.n.73.& seqq. Sancitur porrò quòd Pacificatio Osnabrugo-Monasteriensis debeat esse perpetua lex, & sanctio Imperij Pragmatica, nullo modo in dubium vocanda. Vlterius sancitur, quòd contra hanc pacem nulla valeant iura vel Ciuilia vel Canonica, neque Conciliorum præcipuè Tridentini,decreta,protestationes Papæ & aliorum ipsi adhærentium, pacta,transactiones,&c. Neque porrò infringunt illam contrariæ inuestituræ. Vnde cadit *inuestitura Bauari in die Vnters*

Instrumenti Pacis autoritas.

Pfalz, quæ tempore belli in præjudicium Electoris Palatini erat facta. Nec etiam concordata Nationis Germanicæ adversus hanc pacem prævalent: neque edictum Ferdinandinum de an. *1629*. [Vid. Dn. *Lampadij* librum cui titulus: *Gründliche* Deduction *Wegen des Kayserl.* religion Edicts ficto nomine *Scipionis Aretini.*] *Pax* insuper *Pragensis* arietes contra hanc Pacem Westphalicam movere nequit: Dispensationes quoque Papæ contra eam sunt invalidæ, nec vlli Processus adversus eam decernuntur. Vid. art. 17. Instr. Pac. vers. *Contra hanc.* Pacis tabulæ porrò volunt, vt omnes & singuli Pacis transactores junctis cum parte læsa consiliis viribúsque ad injuriam repellendam arma sumant, (Vid. *Instit. caus. Palat.* part. 2. p. 189. 190.) & vt nemo ex Statibus alterum Con-Statum via facti lædat. Denique in extremo additur quinam sub hac Pace debeant comprehendi, sequiturquè deinde Instrumenti Pacis subscriptio. Ex hactenus, quæ ad Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum illustrandum faciant, facilè etiam Instrumentum Pacis Cæsareo-Gallicum intelligi poterit, cuius compendium hisce versiculis continetur:

> Articulis quatuor minor est Pax Gallica Sueca,
> Nonnihil in rebus varians, vt in ordine rerum
> In *quatuor primis* (nisi quòd removetur Iberus)
> Vix est disparitas in re, neque discrepat ordo:
> *Quintus* inest *quinto*, Gallorum & *septimus* vni:
> In *sexto* sociis Gallus dat præmia Cattis:
> Helvetiis quòd sextus ibi dat *septimus* illhic:
> *Nonus* & *octavus* similes sunt prorsus vtrisque:
> At *decimus*, Gallos loca quæ cedenda, recenset:
> *Vndecimo* in partes, Galli Pax Itala transit:
> *Vltimus* his illisque ferè & *penultimus* idem est.

Quum iam breviter, currente semper calamo, Instrumentum Pacis Westphalicæ, Imperij Romano-Germanici basin & columnam, perlustraverimus, non potui non, imò debui adjicere in extremo hanc solennem protestationem, vt si in hisce pagellis fortassis scriptum quid vel positum fuerit, quod, secundum veritatis trutinam tamen expensum, in alterius præiudicium vergere possit, illud me revocatum, & pro non scripto haberi velle, vtpote quum neminem [suo cuique Respectu & honore semper servato] offendere mihi vnquam propositum fuerit. Stet ergo nunc in littore puppis. sitque.

Soli laus Summa Iehouæ!

FINIS.

I.

EXCERPTA HISTORICA:

SIVE

INDEX RERUM

IN GERMANIA ET ALIIS REBUSPUB. *Europæis gestarum, quarum fit mentio in Discursibus ad Instrumentum Pacis conscriptis.*

PRIOR NUMERUS LIBRI PARTEM posterior paginam denotat.

ADOLPHUS Imp.

IUDICIUM *de eo.* p. 1. *pag.* 279.

ALBANUS.

Carolum V. Imp. sæpe seducit. p. 1. *pag.* 20. *num.* 24. *& pag.* 23. *num.* 30. p. 1. *pag.* 36.

ALBERTUS. *March. Brandeb.*

Pacem publicam violat, & Germaniam turbat. p. 1 *pag* 33. 34.

Eius mors p. 1. *pag* 34.

Alberti Prosopographia. ibid.

ALBERTUS I. *Rex Sueciæ.*

Eius superbum votum, & amor effrenis eluditur. p. 11. *pag.* 212. 213.

ALEXANDER FARNESIUS.

Eius prudentia militaris. p. 1 *pag.* 116.

ALSATIA.

Hodie est Gallis cessa: An cum Imperij commodo? p. 1 *pag.* 234.

Arcanum circa concessionem Alsatiæ p. 1. *pag.* 235.

Alsatiæ Landgrauij. p. 1. *pag* 366.

ALZEY.

A Spinola capitur. p. 1. *pag.* 74.

ANABAPTISTÆ

Eorum origo in Imperio p. 1. *pag.* 18 *&* 19. *num.* 24.

ARELATENSE Regnum.

Pertinet ad Imperium. p.1.*pag*.205.234. 326.p.3 *pag* 62.
*Ius illius regni Imperio adhuc est integrum.*p.1.*pag* 2:4.

ARESCHOTANVS *Dux.*

*Eius restitutio, & quatenus Imperio obnoxius.*p.1.*pag* 500.

ATTILA.

Rex Hunnorum eiusque Monarchia. p. 1.*pag*.291.

AVGVSTANA CONFESSIO.

*Eius natalis dies, & processus.*p.1.*pag*.17. *n*.23.

AVGVSTA VINDELICORVM.

Augusta Vindelicorum in Ecclesiasticis lesa laditur ac per latus petitur vniuersus Protestantismus. p. 2. *pag*. 54. p. 1. *pag*.104.
Mutatio Reipub. Augustana. p. 2. *pag*. 54.55.
Politicus Status Augustana vrbis. p. 2. *pag*.55.
*Quando Imperialis vrbs facta.*p.2.*pag*.55
Hodie status ibi est Aristocraticus. p. 2. *pag*.55.
*Paritas in Politicis Aug.*p.2 *pag*.55.56.
*Aug.Vindel.à Suecis capitur.*p.1.*pa*.121.
*A Casareanis recipitur.*p.1.*pag*.129.

AVSTRIA.

*Olim Marchia Orientalis.*p.1.*pag*.783.
*Austria prafecti primum Marchiones, dein Duces.*p.1 *pag* 283 355.
*Origo Archiducum Austria.*p.1.*pag*.278.

AVSTRIACA Domus.

Boccalini iudicium de potentiâ Austriacâ. p.1.*pag*.44.
Papa Austriaca potétia amulus p.1.*p*.45.
Austriaci Marchiones fiunt Reges. p. 1. *pag*.284.
Origo amulationis inter Austriacos & Gallos. p.1.*pag*.258.
Magnitudo Austriaca excitauit aliorum prasertim Gallorum amulationes. p.1. *pag* 286 287.
Occasio increscentis potentia Austriaca. p.1 *pag*.278.
Causa incrementi Austriaca potentia. p. 1. *pag* 361.
*Solertia Austriacorum quoad adipiscendam dignitatem atque latè patentes ditiones.*p.1 *pag* 361.
*Quare Imperatores hodie ex familia Austriacâ legantur.*p.1 *pag* 361.
Priuilegia Austriacorum p.1 *pag*.361.362. *vbi Monzambanus stringitur.*

BACHARACH.

*A Spinola diripitur.*p.1.*pag*.74.
Olim Electorum Palatinorum aula. p. 1. *pag*.364.

BADENSIS MARCHIO.

Eius infelicitas ad Wimphen & causa illius p.1 *pag* 80.
*Georgio Friderico Marchionatus abiudicatur.*p.1.*pag*.85.

BADENSIS Marchionatus.

Eius origo. p.1 *pag* 356.
Origo Marchionum Badensium p.1 *pag*. 495.
Hochbergensis linea. p.1. *pag*. 496.*Eius terminus. ibid.*
*Linea Badensis.*p.1.*pag*.496.
Linea noua Badensis & Durlacensis. p.1. *pag*.497 498.
Marchionis Durlacensis restitutio. p. 1. *pag* 498.

BALIVIÆ.

*Quid sint.*p 2.*pag*.83.
Nonnulla Protestantibus hodie in perpetuum concessa p.2 *pag* 83.

BAMBERG. EPISC.

Episcopatus illius origo. p. 1. *pag*. 270. 345.

BAN-

BANNERIVS.

Suecorum Generalis, eius virtus. p.1 pag. 130

Eius obitus. p.1 pag. 133.

BARONES *Imperii.*

Origo Baronum. p.1. pag 350.

Barones dicuntur Banner Herrn Letznero & quare p.1. pag 352.

Baronis Etymologia p.1. pag 380.

Baronum origo. p 1 pag. 381.

Varia appellationes Baronum p.1. pag. 381

Nulla sunt Baronum genera p.1 pag 381.

BAVARIA.

Bauaria regnum extinguitur. p.1. pag 175

BAVARIÆ ELECTOR.

Inuestitura Electoralis Bauarica, eiusq; ceremoniæ. p. 1. pag 424.

Censura de hac inuestitura p.1. pag. 424.

Bauarus etiam superiori seculo Electoralem dignitatem liguriuit. p.1. pag. 428

Iudicium Gallorum & Suecorum de Bauariæ Electore. p.1. pag. 447. 448.

BELGIVM FOEDERATVM.

Potestas Gubernatorum Fœderati Belgii. p.1 pag. 254.

Belgæ Fœderati hodie ab Imperio exemti. p.3 pag. 61.

BELISARIVS.

Fabula de eo. p.1. pag. 274.

BELLA *in Imperio,*

Belli Smalcaldici initiũ p.1 pag. 19. n. 25

Origo & fons belli Smalcal. à Papâ & consiliis Hispanicis. p.1. pag. 20. n. 26.

Pretextus belli Smalcaldici. p.1 pag. 21. n. 26.

Causæ quare Protestantes, in bello Smalc. infelices fuerint p.1. pag. 11. n. 27.

Belli Smalc. initia & progressus. p.1. pag. 22. n. 28.

Errores in bello Protestantium commissi. p.1. pag. 22.

Finis belli Smalcaldici. p.1 pag 24.

Fœderatorum errores in bello Smalcaldico p.1. pag. 25.

Apothegmata de bello Smalcaldico. p.1. pag. 25.

Bellum Interimisticum. p.1 pag. 26

Bellum Mauritianum cum Carolo V. p.1 pag. 29. 31.

Bellum Iuliacum unde ortum p.1. pag. 57.

Bellum Argentinense. p.1. pag. 59. 60. 61.

Bellum Iuliacum. p.1. pag 61.

Hispani in Imperio triennale bellum accenderunt. p.1. pag 60.

Belli Bohemici initium. p.1. p. 66 & p. 78.

Corrupti Mores hominum sunt causa Theologica belli triennalis, Politica verò causa Hispaniensium factio, cui religio occasionem dedit. p.1. pag. 72.

Historia Belli tricennalis. p.1. pag. 73. & seqq.

Bellum Dano-Saxonicum. p.1. pag. 90. & seqq.

Eius initium & progressus. p.1 p. 91. &c.

Causæ belli tricennalis p.2 pag. 45. *Iudicium de eo.* p.1. pag. 195.

Belli Sueco-Cæsarei origo. p.1 pag. 100. 101.

Causæ belli Suecici. p.1. pag. 102.

Bellum Mantuanum. p.1. pag. 99. & pag. 106. *eius finis.* p.1. pag. 107.

Belli Cæsareo-Suecici initium & progressus. p.1. pag. 108. & seqq.

Bellum Cæsareo Saxonico Gallo-Suecicum. p.1 pag 130.

Bellum Dano-Suecicum. 1643. p.1. pa. 218.

Bellum ob VVildfangiatum. p.3 pag. 18.

